







De. Dosib. Opuscul. diuers.



1862
A

Dosibus



DE DOSIBVS SEV DE IVSTA QVANTITATE, ET PROPORTIONE MEDICAMENTORVM OPVSCVLA

Illustrium Medicorum:

Quorum nomina sequens pagella indicabit.



Venetiis, Apud Paulum Meietum Bibliopolam Patauinum. 1579.

Auctorum nomina.



Matthæi Curtij methodus dosandi.

Benedicti Victorij Fauentini de dosibus medicinarum.

Barthol. Montagnanæ de compositione, & dosi medicamẽtorũ.

Gentilis Fulginatis de proportionibus medicinarum.

Tho. de Garbo de reductione medicinarum ad actum.

Alchindi de gradib. medicinarũ.

Gul. Rondeletij de ponderibus, seu de iusta quantitate, & proportione medicamentorum.

Petri Gorræi formulæ remediorũ, quib. medici vulgò vtũtur.

DOMINICO
SLATARICHIO
IVVENI ERVDITISS.[mo]

Scholę Philoſophorum, & Medicorum Patauinæ Gymnaſiarcho.

Paulus Meietus. *S. P. D.*



RIPLICI de cauſa Dominice, iuuenis ornatiſſime, ſolent homines aliquē ſibi deligere, quem multis officijs, ſummoq; honore proſequantur; vel quod ab eo, quem co-

 lunt,

ſunt, in ſe multa commoda ſperẽt, vel quòd multis beneficiis affecti non ingrati in benemeritum videri cupiant, vel quòd iis virtutibus ſit præditus, vt dignus videatur, quem omnes diligant, quem obſeruent, quem omnes cum quadam admiratione certatim honorent. Ex iis autem cauſis non vna fuit ſolũ, quæ me impelleret, vt hæc tibi opuſcula in ſtudioſorum gratiam collecta dicarem, eáque digna exiſtimarẽ, quæ tuo nomine inſcripta in manus hominum peruenirent: ſed omnes concurrunt, omnes me mouent, omnes

nes te dignum existimant, cui dedicentur ij libri, qui de corporum morbis expellēdis pertractant. Nam site Apollini, Poeticæ scilicet, & Medicinæ à prima ætate dicatum ij libri patronum sortiti fuerint, & defensorem; pauciores erunt profecto, qui eos mordere tententent, plures verò, qui hunc librum à laudato viro maximè commendatum, habere cupiāt. Tu præterea cum poëmata Cęsaris Simonetæ Etrusca lingua conscripta ab eruditissimis viris maximis laudib sad cœlum sublata, mihi dono dederis, vt meis typis in lucem

 eden-

edenda curarem, ex quibus non parũ vtilitatis consecutus sum; beneficij profecto immemor essem, à quo vitio semper alienus fui, ni saltem, quàm in te sim propensa voluntate, hoc munusculo tibi significarem. Non enim tantum valent meæ vires, vt parem tibi gratiam referre possim. Et si vero quas commemoraui causas, multum ponderis habebant, & satis erant ad me hortandum, vt te deligerem huius libri patronum, quæ tamen sequitur ea fuit, vt aliter facere non potuerim. In hoc enim gymnasio, in quo his proximis diebus summo

mo cum applausu creatus es moderator, & rector, te in primis cognoui dignum, cuius nomen in huius libri fronte inscriberetur. Neque enim hic Epidauri, patriæ tuæ laudes attingam, quæ etsi per se satis laudata est, quòd omnibus aliis ciuitatibus, Illyrij omni bonorum genere facile antecedat: tamen ita multorum scriptis celebratur, vt me Id ad illius commendationem accingere necesse non sit. Hoc vnum tamen silentio non prætermittam, nullo vnquam tempore non religiosissimam esse repertam, & nunquam vlla hę

retica

retica prauitate notatam. Ex quo factum est, vt iam annus millesimus elapsus sit, ex quo summa cum libertate optima Reipub. forma vtatur, quam perpetuo duraturam esse video dubitare neminem; diuinitus enim defenditur, & sustentatur. cum enim propè in faucibus hostium posita sit, nullam aliam inuenio caussam, quapropter hactenus ab impiorum manibus effluxerit. De tuis autẽ maioribus quid mentionem faciam, cum eam non veram laudem esse ducas, quã maximã habes ab illis hæreditariam, sed quam ipse ex tuis

ani-

animi virtutibus multis labo-
ribus, multisque vigilijs tibi
consecutus es? Ex te igitur vno
pendes, in te vno omnia tua po
sita esse ducis. & ob id ad ex-
colendum animum tuum do-
ctrina, & virtutibus ab ineun-
te ætate ita te dedisti, vt excel-
las. Id in tuis poematibus vi-
dere licet. Non enim verba qui
bus nulla scientia, nullaq; sen-
tentia subiecta sit, vt multi pas-
sim scriptitant, exaras: sed ita
exornationes cum doctissimis
sententijs permisces, vt quisque
cum magna voluptate ex tuo-
rum scriptorum lectione vber-
rimos, & vtilissimos fructus
per-

percipiat. In philoſophiæ ve
rò, & medicinæ ſtudijs iſta æta
te tam longe progreſſus es, vt
tuos æquales, te de huiuſmodi
rebus diſſerente, quantum in
ijſdem ſtudijs profecerint, om-
nino pœniteat. Quid de mo-
tum facilitate, continentia,
remperantia, in omnibus rebus
modeſtia, & alijs animi virtu-
tibus dicam? Declarauit, quan
ti apud omnes ſis, lectiſsimo-
rum iuuenum iudicium, qui te
ſcholæ Philoſophorum, & Me
dicorum Gymnaſiarcham ele-
gerunt, non tam tuo ſplendore
& magnificẽtia, quam tua pru-
dentia, & ſingulari dexteritate

com-

compulsi. Sed hæc non epistolam postularent. Tuæ enim virtutes, tuaque doctrina ita omnes ad te amandum alliciunt, vt quicunque tecum versati sunt, summa te beneuolentia complectantur. His igitur tuis preclaris ornamentis gaude, meque existima, qui te huius Libri tutorem, & defensorem esse volui, tui cupidissimum, & obseruantissimum esse. Quod si mihi aliqua maior occasio se se obtulerit; perficiã profectò, vt id apertius omnes intelligant. Vale. Datum Pataui Nonis Augusti 1579.

MATHEI CVRTII AD TYRVNCVLOS dosandi methodus.





VPIENS dare Iuuenibus breuem practicandi modum, decreui aliqua de modo dosandi dicere, circa quæ tria faciam: Primo dicam de modo dosandi syrupos: Secundo dicam de dosi medicinarum simplicium solutiuarum & compositarũ. Tertio de electuariis, clysteribus, & aliis ad actũ practicum facientibus. De syrupis primo dico, quòd communiter Practicantes dant vnciam vnam & mediam syrup. & aquarũ vnc. 3. in dupla scilicet proportione ad syrupum, quandoque tamen dant' vsque ad vnc. 2. syrup. Nec me latet, quòd Gherard. de Solo voluit, ꝙ dentur vnc. 4. syrupi, & onc. 6. aquarum, & in hanc sententiam concurrit Mattheus de Gradibus super nono Almansoris, communis tamen sententiam est, quòd dentur vncia vna & media syrup. & 3. aquarum: qui modus sumitur à Gale

no primo Reg.acut.comment. 42. nec alibi reperitur. Concludamus ergo, quòd communiter Practicantes dant vnc. vnam & mediã, vel vnc. duas syrupi, & tres aquarum: & hoc habet veritatem, siue vnus, siue duo dentur syrupi, siue ẽt tres: Nã quádoq; habemus vná intentionẽ, q uádoq; duas, quandoq; tres. Exemplũ primi, si intẽtio Medici fuerit alterare malam complexionẽ calidam, dabit vnc. vnam & mediã syrupi end. & vnc. tres aquæ endi. Exemplum secundi, si intentio Medici erit ad duo, v.g. ad remouendam malam complexionem calidam, & ad aperiendum, tunc ratione remotionis malæ complexionis calidæ dabimus syrup de endi. cum aqua endi. ratione autem apertionis dabimus syrup. bisantinũ cum aqua fœniculi, sic ordinando. Recipe syrup. de endi. vnc. vnam, syrupi bisantini vnc. mediam, aquarum endiuiæ vnc. duas, fœniculi vnc. vnam, misce & fac syrupum. Exemplũ tertij, si intentio Medici fuerit ad tria, v.g. ad remouendam malam complexionem calidam, & ad aperiendum, & ad incidẽdum, tunc dabimus tres syrupos, scilicet de endiuia ad remouendá malam complexionem calidam cum aqua endi. pro apertione bisantinum cum aqua fœniculi, pro incisione acetosum cum aqua acetosæ, sic ordinando.

Recipe { ſyrup. de endi. / ſyrup. biſantini / ſyrup. acetoſi. } an. vnc. vnam

Aquarum { endiuię / fœniculi / acetoſæ. } an. vnc. mediam

Miſce & fiat ſyrupus.

Nota, quòd plurimum aqua proportionatur ſyrupo, aliquando tamen cogitur Medicus vt remoueat malam complexionem calidam, vel frigidam ſyruporum exhibere aquas non proportionatas ſyrupis, exempli gratia, ſi ordinauero ſyrupum de epithimo, vel de ſtęcade, ordino cum iſtis ſyrupis aquam tendentem ad frigiditatem, vtputa, violarum, vel endi. vt remoueatur mala complexio calida ſyruporum, licet aquæ nõ ſint proportionatæ ſyrupis, quia ſyrupi ſunt calidi, & aquæ frigidæ, iſta tamen relinquantur iudicio Medici. Notandum tamen eſt, quòd ſicut exemplum dedi de iſtis, poſſumus per alios ſyrupos, & per alias aquas diſcurrere, ſecundũ quòd Medico videbitur. Notandum etiam, quòd ſemper poſſumus ponere aquas cordiales in ſyrupis, vt confortetur virtus regitiua, & vitalis, quæ reſidet in corde, ſicut Rex in regno, vt eſt omnium illuſtriſſ. Medicorum ſententia. Concludamus ergo, quòd in ordinãdo ſyrupos, non debemus ordinare niſi vnciam vnam & mediam ſyrupi, vel vnc. duas ad plus, raro tamen, vel ſy-

ruporum:& vnc.tres aquæ, vel aquarum.exempli gratia ſic dicendo.Recipe ſyrupi de endiuia, ſyrupi acetoſi , & mellis roſa. col.an. vnc.med. aquarũ endiuiæ, acetoſæ, abſinthij an. vnc.vná, miſce & fiat ſyrup. pro vna vice,& ſicut exẽplifi caui in iſtis ſyrupis & aquis, ita & de aliis.

Syrupi digerentes materiam cholericam.

Hepar.

Syrup. de endi.ſucco endiuiæ, cicorea.

Cor.

Syrup. de ſucco acetoſæ, de acetoſ.citri,de buglоſſa.

Pectus.

Syrup. violatus, iuiubinus, iuleb.violatum.

Stomachum.

Syrup. nenupharinus , de portulaca , de mirto, iuiub Meſ. roſatum , acetoſus ſimp. de oxiſacharo.

Caput.

Syrup. roſatus, de granatis, violatus,de papauere,nenupharinus,roſatus,de bugloſſa.

Aquę digerentes materiam cholericam

Hepar.

Aq. endiuiæ, epaticæ, cucurbita, cuſcutę, cicoriæ,ſolatri,plantaginis.

Cor.

Aq.acetoſę,bugloſſę,boraginis,violarum,nenu-

pharis

pharis rosarum, cicoreæ.

Caput.

Aq. lactucæ, nenupharis, sem. co. frig. papaueris, rosarum.

Stomac.

Aq. acetosæ, rosaru m, plantaginis.

Pectus.

Aq. violarum, portulacæ, de iuiubis, iuleb violatum, nenupharis sem. co. frig. buglossæ.

Syrupi digerentes materiam melancholicam.

Caput.

Syrup. de bisantiis, de lupulis, de stechade, de betonica.

Hepar & Splen.

Syrup. de epithimo, de lupulis, de fumoterræ, de borag. buglossæ, de bisantijs, oximel, simp. comp. squil.

Cor.

Syrup. de pomi cōp. de sapor, de sapa, de bisantiis, de thimo, de epithimo, boraginis, buglossæ.

Stomachum.

Syrup. bisantinus.

Aquæ digerentes materiam melancholicam.

Hepar.

Aq. lupulorum, de fumo terræ, de buglossa.

Splen.

Aq. scolopendriæ, epithimi.

Cor.

Aq. boraginis,& buglofsæ.

Syrupi digerentes materiam flegmaticam.

Cerebrum.

Syrup. lupulorum, florum sambuci, geniſtæ,de ſtęchade,de duabus radicibus.

Stomac.

Syrup. de menta, mellis roſ. col. oximel ſimp. oximel comp.de abſinthio,ſquill.

Hepar.

Syrup. de duabus radicibus,de eupatorio, acetoſus diarodon, acetoſus compo.

Cor.

Syrup. byſantinus, de cortice citri,de pomis cõpo.de borag.de bugloſſa, mel.roſ.col.omnia oximelia.

Pectus.

Syrup. de biſantitiis,de thimo, acetoſus de prima rad.de liquiritia,de hyſopo, de calaměto, de praſſi,oximel ſimplex,compo.ſquill.

Matrix.

Syrup. de matricaria,de artemiſia.

Aquæ digerentes materiam phlegmaticam.

Stomac.

Aq. abſinthii, mentæ, ruthæ, apij, camomillę, fęniculi.

Pectus

Aq.capillorũ ueneris,hyſſopi,praſsij, bugloſſæ.

Caput.

Caput.

Aq. maioranæ, saluiæ, rorismarini, betonicæ.

Hepar,

Aq. prassi, scabiosæ, eupathorij, saluiæ, apij, fœniculi, absinthij.

Renes, & vesicam:

Aq. asparagorum, agrimoniæ.

Cor.

Aq. mellis, agrimoniæ, asparagi.

Matrix.

Aq. artemisiæ, pulegij, rutæ, matricariæ.

Digestiua sanguinis non ponuntur, quia sanguis cũ putrescit, transit in choleram. Satis ergo est posuisse digestiua aliorum humorũ. Sunt tamen nonnullæ, quæ sanguinem purificant, vt Aq. capillorum veneris, absinthij, lactucæ, lupulorum, boraginis, lactis caprini, fumiterræ, buglossæ, succi rosarum, cicoreæ.

Medicinæ purgantes choleram,

Nunc principaliter dicamus de dosi medicinarum solutiuarum. Et primo de simplicibus, secundo de compositis. Medicinæ simp[l].choleram soluentes, sunt rhabarbarum cal. & siccæ complexionis in secundo g. Cuius dosis in substantia apud communiter practicantes est drag. tres, vel drag. tres & med. cum spica, vel squinito eius correctiuo. Exempli gratia. Recipe rha-

barbari electi drag. tres, vel drag. tres & med. spicæ vel squinanti drag. vnam, puluerizentur omnia subtiliter, & cum decoctione florum & fructuum fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnam. notandum est, quòd si velles dare hác medicinam in fluxibus, debes facere hanc decoctionem in rebus stipticis, utputa cum decoctione facta ex granis myrti, sumach, sem. plantaginis, acetosę, mirabolanorum, in aqua plantaginis. Dosis rhabarbari in infusione est drag. sex vel septem cum eius correctione, vt, Recipe rhabarbari electi drag. sex vel septem, spicæ, vel squinanti m. vnum, contundantur omnia grosso modo, & infundantur per 7. horas in suff. q. vini odoriferi, deinde fiat omnium fortis expressio, & cum decoctione florum & fructuum fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnam.

De Manna.

Manna conueniens dosis, quæ complexionis æqualis est, plus tamen ad caliditatem declinans est vnc. duę, vel vnc. duę & med. vt, Recipe mannæ electæ vnc. duas, vel vnc. duas & med. dissoluatur cum decoctione communi florum & fructuũ, & fiat potus.

De Cassia.

Cassia æqualis complexionis ad latus caliditatis declinantis, humidaq; in primo. dosis est drag. 11. vel 12., vt, Recipe cassiæ nouiter extractæ, bonæ & pinguis drag. 11. vel. 12. dissoluãtur cum decoctione florum & fructuum, & fiat

potus:

potus: cui adde syrupi violati vnc. vnam: & si volueris dare eam in forma boli, sic ordinetur. Recipe cassiæ nouiter extractæ drag. 11. vel 12. & cum zuccaro fiat bolus.

De Scamonea.

Dosis scamoneæ, quæ est calida & sicca in tertio, est g. 7. vel 8.

De Tamarindis.

Dosis tamarindorum, secundum Mesuem est ab vnc. 2. ad 5. in infusione vel decoctione, vt, Recipe tamarindorum vnc. duas, infundantur in vnc. 10. aquæ lactis, & bulliant ebullitione vna, & fricentur manibus, & exhibeantur, siue colata, siue non, & eorum complexio est frigida & sicca in secundo.

De Aloe.

Aloes cal. in secundo, sicc. in tertio, dosis in substantia est dra. vna, in infusione autē dra. duę.

De succo Rosarum.

Dosis succi rosarum frig. in primo, sicci in secūdo, vel in infusione ipsarum recentium, est ab vnc. vna, vsque ad vnc. duas cum zuccaro: numero dosis est ab vnc. duabus vsque ad quinque.

Nunc dicamus de medicinis purgantibus & educentibus phlegma: & primo de Agarico, qui est calid. in primo, & sicc. in secundo. Cuius dosis in substantia est dragma vna, vel vna & med. cum suo correctiuo, scilicet cum tertia parte salis gemmę scrupu. vno puluerizato & dissoluto

cum

cum decoctione florũ & fructuum, & fiat potus, cui addatur mellis rof.col.vnc.vna. Dosis Agarici in infusione est à drag. vna & med. vsque ad duas, exẽpli gratia. Recipe Agarici drag. vnam & med.vel.drag.duas, salis gemmæ scrup.duos pulverizentur & infundantur per septem horas in suff.q.oximelis simp.deinde fiat omniũ fortis expressio, & cũ decoctione florum & fructuum fiat potus, cui adde mel rosa. col. vnc. mediam.

De Turbit.

Dosis Turbit calid. in tertio, in substantia & in infusione est sicut Agarici, correctiuumq; ipsius est in Zinziberis secunda pars.

De Coloquintide.

Dosis coloquintidis, quæ est calida & sicca in tertio est à kirach 6. vsque ad decem, eius correctiuum, secundum Mesuem, est mastix.

De Emblicis.

Emblicorum dosis in substantia est ab aureis duobus vsq; ad tres : in infusione verò à tribus vsq; ad sex, quorum complexio est parum frig. sicc. in primo ordine.

De Bellericis.

Bellericorum dosis est sicut dosis emblicorũ, & cidoniorum.

De Euphorbio.

Euphorbij, quod est calid. & siccum in secundo, dosis est, secundum Mesuem, à mirach vno vsque ad tres: secundum alios autem à g.4. vsque ad 12. & corrigitur cum mastice, & spica.

De Her-

De Hermodactilis.

Dosis hermodactilorum, quorum complexio est calida & sicca in primo, ad secundum est à drag. duab. vsque ad 5. aut plus, secundum fortitudinem patientis: corrigitur cum aqua mellis, aut lactis, spica, aut mastice.

De succo Cucumeris asinini.

Dosis succi cucumeris asinini, qui est calidus & siccus in tertio, est à g. 10. vsq; ad scrupu. vnũ: dosis pulueris eius radicis est à gr. vsq; ad drag. 4. corrigitur & præparatur adiungendo ei aliquid de dragaganto.

De Serapino.

Dosis serapini est à drag. med. vsque ad aureum, datur cum aqua rutæ, aut endiuiæ.

De Opoponace.

Opoponacis, cuius cõplexio est calida & sicca in tertio, radix vero ipsius in secundo, dosis est ad drag. vnam vsque ad duas.

De Mesereon.

Dosis ipsius, secundum Mesuem, est à drag. quinq; vsq; ad vnc. vnã, & in concoctionibus, & pulueribus kirach 2. vsq; ad 5. eius malitia frangitur infundendo per dié vnũ in aceto, aut lacte dulci, aut acetoso. Extinguitur eius malitia cum malignitate sua cum succo portulacę, & propriè cum succo endiuiæ, secundum Mesuem cap. primo. Mirabolani etiam frangunt virtutem eius.

Medicinæ purgantes melancholiam.

Nunc dicamus de medicinis soluentibus melancho-

lancholiam,& primo de Mirabolanis Indis,quorum complexio frigida in primo, & ſicca in ſecundo, quorum doſis in ſubſtantia eſt à drag. 2 vſque ad 4. in infuſione vero à 4. vſque ad 10. educunt melancholiam & choleram aduſtam.

De lapide Lazuli.

Doſis lapidis Lazuli, ſeu ſtellati abluti eſt à drag. vna vſque ad duas, corrigitur & præparatur ſuper lapidẽ, vel in mortario lapideo teritur & lauatur trecies cũ aqua, & ſic ſimiliter vtẽdo lauetur decies cũ aqua roſata, & adminiſtretur cum aqua bugloſſæ,& vino odorifero: eius complexio calida eſt in ſecundo,& ſicca in tertio.

De lapide Armeno.

Lapis armeni calid. in primo datur ſicut lazuli,& ita præparatur & corrigitur.

De Sena.

Doſis Senæ in infuſione & potione eſt ab aureis 3. vſque ad drag. vnam, ſecundum Meſuem, in pluribus: ſecundum alios autem eſt à drag. duabus vſq; ad drag. quinque, corrigitur & præparatur, ſi addatur tantundem zinziberis, aut ſalis gemmę,& ſic adminiſtratur: datur cum aqua decoctionis florum boraginis, bugloſſæ, dactilorum, macis, & cardamomi: & poteſt decoqui in magna quantitate cum brodio carnium, vel pulli abſque trituratione, & brodium illud ſine moleſtia operatur cum incidentibus & aperientibus, ſicut cum ſeminibus fœniculi, aniſorum,

auci, zinziberis, cinamomi, & gariofilorum: & uandoque administratur cum aqua mellis, aut um decoctione passularum. Estque Sena calid. n principio secundi, & sicca in primo: folia au em eius calida sunt in primo.

De Epithimo.

Dosis Epithimi in puluere est à drag. tribus sque ad drag. 7. potus eius in decoctione est à lrag. 5. ad 10. sed non sumatur in quantitate, & arum sustinet decoctionem: corrigitur si adda ur tertia pars salis gemmæ, vel salis Indi, & de et incorporari cum oleo amigdalino dulci, & quandoque administratur cum decoctione mi rabolanorum, melis, & passularum. Eius com plexio calida est & sicca in secundo, secundum vero Gal. calid. est in tertio.

De medicinis solutiuis compositis.

Restat videre modum de dosi medicinarum solutiuarum compositarum. pro quo primo est notandum, quòd in qualibet medicina solutiua debemus adhibere aliquid quod habeat vim cõfortandi cor, quia est sententia omnium illustrium Medicorum, præcipuè Mes. in correctione medicinarũ cap. de debilitate stomachi post purgationem, cap. decimo, Can. tertio, inquit, Non prętermittas aliquo modo quin confortetur cor, qui est thesaurus vitę. Secundo nota, ꝙ quando volumus euacuare ab aliquo membro

particulari

particulari, debemus euacuare cum illa medicina ſolutiua, quę reſpicit illud membrum, vel debemus ponere cum medicina ſolutiua aliquid directiuum ad membrum: vtputa, ſi velimus euacuare à capite, debemus ponere in decoctione flores ſtęchados arabici, & facere decoctionem in aqua capitali, vt eſt aqua bethonicę, vel ſaluię: & ſicut dico de capite, ſic debet intelligi de aliis membris. Tertio nota, quòd ſolutiuę compoſitę ſunt in duplici doctrina, nam quædam ſunt lenitiuæ & vacuant leniendo, quædam fortes & educunt attrahendo, & iſta attrahentia ſunt fortiora, vt inferius declarabimus.

De medicinis lenientibus.

Diaprunis nõ ſolutiuis valet in materia cholerica, manna, & caſſia: ſimiliter in materia cholerica, quanuis & in aliis, & iſta ſunt ſimplicia elect. de ſebeſten, diacatholicon, diacaſſia, hæc valent in omni materia.

De ſolutiuis compoſitis choleræ.

Diaphenicõ, electuariũ de ſucco roſarũ, elect. roſa. Meſ. Diacidonium chologogũ, electuariũ, de pſilio, diaprunis ſolut. diaroſa. cum rab. elect. de eleſcoph, elect. Indum, diaroſa. cum turbith.

De ſolutiuis compo. melancholiam.

Cõfectio hamech, puluis ſenę pręparatę, dia

ſenæ

nę Nico Quarto notaſq; in conficiendo medi
nam ſolutiuā, ſemper debes ponere lenitiuum
ium, ſicut eſt ſententia Io. Meſ. de cōpilatione
nedicinarū cap. 1. Inquit. n. lenitas nempe me-
icinis aſſociata, & propriè violentarū virtutū
pſas ad latus incolumitatis declinare facit. Do-
is lenitiuarū eſt à drag. quatuor, vſq; ad drag. 6.
ponimus drag. quatuor, vel quatuor & med.
d plus ſolutiui fortis cū lenitiuo, exēpli gratia.
i voluero ordinare medicinā euacuantē chole-
ā, ſic dicā: Recipe diacatholiconis drag. 6. dia-
heniconis drag. vnam, elect. de ſucco roſ. drag.
luas, electuari de pſilo ſemi drag. miſce, & cum
lecoctione florū & fructuū facta in aqua endi-
iię & bugloſſę fiat potus, cui adde ſyrupi violati
vnc. vnā. Ecce quomodo ibi drag. v. lenitiui, &
lrag. tres & med. ſolutiui fortis adſunt, & vir-
us huius medicinæ dirigitur ad hepar, & reſpi-
cit cor mediāte decoctione facta in aquis appro
priatis. Si voluero euacuare materiam phlegma
ticam, ſic dicā. Recipe diacatholiconis drag. v.
electuarij Ind. drag. duas, diapheniconis drag.
vnā & med. miſce, & cū decoctione florū & fru
ctuum facta in aqua bugloſſæ & fœniculi fiat po
tus, cui adde mellis roſ. col. vnc. med. Si aūt in-
tentio mea fuerit euacuare melancholiam, ſic di
cā. Recipe diaſenæ lenitiui drag. v. confectionis
hamech drag. duas, diaſenæ Nico drag. vnam
& med. miſce, & cum decoctione florum & fru-
ctuum facta in aqua ſcolopendrię & bugloſſæ
fiat

fiat potus; cui adde ſyrupi violati vnc. vnam: & ſicut dico de his ſolutiuis, ita poteris facere medicinas ex aliis ſolutiuis.

De medicinis, quibus communiter Practicantes vtuntur.

Nunc intendimus ponere aliquas, quibus communiter Practicantes vtuntur, & primo dicam de medicinis compoſitis choleram ſoluentibus.

Potio Rhabarbari in infuſione.

Recipe rhabarbari boni & electi ſcrupulos tres, ſpicæ ſcrup. vnum, incidantur minutim, & terantur, deinde infundantur per ſeptem horas in ſuff. q. vini odoriferi in hyeme, in ęſtate autē in aqua end. poſtea fiat fortis expreſſio, in qua diſſolue diacatholiconis, vel mannæ, vel caſſiæ drag. 5. elect. de ſucco roſ. drag. duas elect. de pſilio drag. vnam, miſce, & cum decoctione florum & fructuum facta in aqua bugloſsæ & endiuiæ, fiat potus, cui adde ſyrupi violati vnc. vnam.

Potio Rhabarbari in ſubſtantia.

Recipe Rhabarbari drag. duas, ſpicæ ſcrup. vnū & med. pulueriz entur ſubtiliter, quibus ad de diacatholiconis, aut alterius lenitiui drag. 5.

confectionis de dactilis, elect. de succo rosan. scrup. duos, & cum decoctione florum & fructuũ fiat potus, cui adde syrupi violati vnciã 1.

Potio alia Rhabarbari in cura dissenteriæ.

Recipe corticum mirabolanorum citrinorum leniter tostorum drag. tres, terantur grosso modo, & cum vnc. 8. aquæ plantaginis fiat decoctio vsque ad consumptionem medietatis, in qua dissolue rhabarbari torrefacti & puluerizati drag. duas, squinanti scrup. vnũ & med. misce cidoniorum vnc. vnam, & fiat potus.

Potio alia Rhabarbari in cura dissenteriæ.

Recipe corticum mirabolanorum citrinorũ chebulorum an. vnc. vnã & med. terantur grosso modo, & cum vnc. 8. aquæ plantaginis fiat decoctio vsque ad consumptionem medietatis, in qua dissolue rhabarbari torrefacti & pulueirizati drag. duas, squinanti scrup. 1. miuę cidoniorum sacharatæ vnc. vnam, & fiat potus.

Potio Mirabolanorum in infusione.

Recipe mirabolanorum citrinorum drag. quatuor, spicæ scrup. med. puluerizentur & infundantur per sex horas in vnc. vna & med. decoctionis passularum, deinde fiat fortis expres-

ſio, in qua diſſolue elect. de ſucco roſ. vel diaprunis ſolutiui drag. tres, caſſiæ electæ vel mannæ drag. ſex, cum decoctione florum & fructuū in ſero caprino fiat potus, cui adde ſyrupi violati vnciam vnam.

Potio Mirabolanorum in ſubſtantia.

Recipe mirabolanorum citrinorum drag. duas, ſpicæ g. v. torrefiant aliquantulum ſuper laminam feream calidam, & ſubtiliter puluerizentur, & cum vino cidoniorum, vel ſyrup. mirtino ad vnc. 2. & aqua plantaginis quantum ſufficit, fiat potus.

Potio familiaris & vſitata.

Recipe caſſiæ nouiter extractæ, vel mannæ, vel diaprunis non ſolutiui drag. ſex, elect. de ſucco roſ. vel diaprunis ſolu. drag. 3. & med. & cū decoctione florum & fructuum fiat potus, cui adde ſyrupi violati vnc. 1.

Potio alia uſitata.

Recipe Rhabarbari electi drag. vnam, ſpicæ ſcrup. vnum, puluerizentur groſſo modo, & infundantur per ſeptem horas in ſuff. q. aquę end. in eſtate: in hyeme vero in vino odorifero albo Item recipe agarici electi drag. vnam, ſalis gem-

mæ

mæ ſcrup. vnum, pulverizentur groſſo modo, & infundantur per ſeptem horas in ſuff. q. oximelis ſimplicis, deinde fiat omnium fortis expreſſio, in qua diſſolue mannæ electę vnc. vnam, cõfect. de dactilis, elect. de ſucco roſa. an. drag. vnam, miſce & fiat potus, cui adde ſyrupi violati vnc. vnam.

De medicinis compoſitis ſoluentibus phlegma.

Nunc dicamus de medicinis compoſitis ſoluentibus phlegma, & prius de Agarico in ſubſtantia. Recipe Agarici albi, leuis, & frangibilis drag. vnam, ſalis gemmæ, zinziberis an. ſcrup. med. quibus adde mannæ, vel diacatholiconis drag. v. elect. Indi, miſce, & cum decoctione florum & fructuum & paſſularum facta in aqua meliſſæ & fœniculi fiat potus, cui adde mellis roſati collati vnc. vnam.

Potio Agarici in infuſione.

Recipe Agarici ſcrup. 3. zinziberis, ſalis gemmæ an. ſcrup. med. puluerizentur in ſuff. q. vini albi odoriferi, vel oximelitis ſimplicis, vel aliqua ex digeſtiuis phlegmatis, deinde fiat fortis expreſſio, in qua diſſolue caſſiæ electæ, vel mannę, vel alicuius alterius electuarij lenitiui drag. v. electuarij Indi drag. 2. & cum decoctione florum & fructuum facta in aqua meliſſæ & fœni-

culi fiat potus, cui adde mellis rosati collati vnciam vnam.

Potio Turbit in infusione.

Recipe Turbith boni, mundati, & mediocriter triti scrup. 3. zinzib. scrup. elect. Indi scrup. 2. vel. 2. & med. terantur & infundantur per horas 8. in suff. q. vini albi odoriferi, vel in decoctione passularum, vel in aliqua ex aquis digestiuis phlegmatis, deinde fiat fortis expressio, in qua dissolue cassiæ nouiter extractæ, vel mannæ, vel alterius lenitiui drag. v. electuarij Indi drag. 2. misce, & cum decoctione prædicta fiat potus, cui adde mellis ros. collati vnc. vnam.

De medicinis cōpositis melancholiā soluentibus.

Recipe cassię nouiter extractæ vnc. vnam, cōfectionis hamech drag. 3. misce, & cum saccharo fiat bolus.

Alia Potio.

Recipe diacatholicorum, vel diasenæ lenitiui drag. xi. diasenæ Nico. drag. 3. & med. misce, & cum decoctione florum & fructuum epithimi, foliculorum senæ facta in aqua boraginis fiat potus, cui adde syrupi violati vnc. vnam. Et nota, ꝙ medicina in forma boli pōt fieri in quacūque materia siue cholerica, siue phlegmatica

cum lenitiuis & solutiuis appropriatis. Nota, quòd dosis lenitiui & solutiui potest aliqualiter augere & diminui, secundum fortitudinem & debilitatem tam ęgrotantis, quàm medicinę.

De Pilulis.

Restat iã dicendũ de Pilulis. Dosis pilularũ secundũ cõmuniter Practicãtes, est drag. j vna, & plus, vel minus, secũdum materiá simplicium ingredientium ipsas, & secundum fortitudinem & debilitatem morbi, & virtutem patientis, quia aliquando acuimus ipsarum virtutem cum diagridio: vt, Recipe pilularum aggregatiuarum scrup. 2. diagridij g. 2. bene puluerizati, misce, & fac pilul. numero v. vel plus, vel minus, secundum fortitudinem & virtutem vt supra: relinquitur autem hoc periti Medici.

Pilulæ choleram euacuantes.

A capite.

Pilulæ Aureæ Mes. siue quibus Nic. Arabicę Mes.

Ab epathe.

De Rhabarbaro Mes.

A toto.

Aggregatiuæ.

Pilulæ euacuantes phlegmam.

A capite.

De hiera cum agarico, siue hiera Nico. Cocchię

Almanſo. De hiera ſimp. Gal. Fętidæ Nic. & Meſ. ſiue quibus Nic. De opoponace Meſ. De euphorbio Meſ. Arabicæ Nico. Aſſaiareth Bar. Mon.

A Pectore.

De Agarico Meſ. Agaricus trociſcatus:

A Stomacho.

Elephanginæ Meſ. De Maſtice Meſ. Stomaticæ Meſ. De Maſtice Cono.

A iuncturis.

De hermodacti. Meſ. De ſerapino Meſ. Artéticę Nic.

Ab hydrope.

Alletereon.

Ab oculis.

Lucis Meſ.

De pilulis euacuantibus melancholiam.

Ab hepate, & ſplene.

Indæ Meſ. De fumo terræ. De lapide lazuli. De lapide Armeno.

Nota quòd ſi non habuero præparatas pilulas ab aliquo membro euacuantes, accipiam pilulas ab aliquo membro euacuantes cum aliquo directiuo ad illud membrum, à quo vellem euacuare. Nota item, quòd pilulæ, quæ dantur ad minorationem materiæ, debent dari in minori doſi, quàm dantur ad eradicationem; vnde cum dantur ad eradicationem, datur drag. 1. ſufficit autem ad minorationem ſcrupu. duos.

De me-

De medicinis non solutiuis.

Nunc tria principaliter dicamus de dosi medicinarum non solutiuarum: & primo de elect. & confect. & etiam de aliis sequentibus. Electuarium differt à confectione nam electuariũ fit ex saccharo, vel melle, aut syrupo: confectio verò fit ex saccharo solum dissolutum in aliqua aqua: dicitur electuarium quasi ex pluribus electum: confectio autem quasi cum alijs factio vel compositio. Nota diligenter, quòd in compositione electuariorum pro qualibet lib. zucha. vel mellis, aut syrup. antiquitus ponere solebant drag. 3. pulueris: nunc autem Aromatarij pro qualibet lib. zuch. vel mellis, vel syrupi, ponunt in electuariis vnc. 2. pulueris, & hoc faciunt vt electuaria sint magis gustui delectabilia. In confectionibus solidis Aromatarij nostri temporis pro lib. zuccha. in confectionibus drag. 6. pulueris, ita quòd pro drag. 1. pulueris, dant vnc. 2. zucchari. Antiquitus verò solebant in lib. zucchari ponere drag. 3. pulueris, exempli gratia, Si voluero ordinare electuarium secundum antiquos, sic dicam. Recipe specierũ aromatici ros. specierum diarodonis abbatis an. vnc. med. zucchari dissoluti in aqua ros. lib. vnam, fit cõfectio solida in rotulis. Exemplum secundum Aromatarios nostri temporis. Recipe specierum aromatici rosarum, specierum diarodonis abbatis an. vnc. 4. zucchari dissoluti in aqua ros. fiat con-

fectio in forma solida in rotulis. Nota insuper, quòd dosis communis electuariorum est à drag. 3. ad drag. 4. sequendo de elect. nõ solutiuis. Dosis verò communis confectionis non solu. est à drag. quattuor ad drag. quinque, & plus & minus secundum diuersas relationes. Nota etiam, ꝙ electuaria & confectiones non solut. debent dari ante cibũ per duas horas, & hoc est consuetudo apud practicantes: & hoc habet veritatem de elect. cõfortantibus stomachum: electuaria verò cõfortantia caput debent exhiberi post cęnã per horam ad quantitatẽ fabæ. Restat modo videre de electuariis, & confectionibus appropriatis vnicuique membro particulari.

Electuaria calida confortantia caput:

PLiris aromaticon, Aurea Alexandria, Theriaca fermentata, Mitridatum, Diaconis, Dialibanus.

Diacastoreum, Diarrhodon, Zuccharũ viol. Theodorinum, Confect. anacardina, Confectio de musco, Diambra, Acori conditi, Zuccharum rosatum, Loch de papauere, Conseruam florum nenuph. Chebuli conditi.

Electuaria calefacientia Splenem.

Diacalamentum, Conseruæ saluiæ, Conseruę florum stechados.

Loch de squilla, Dialisophos, Dianthos.

 Conser-

Conseruæ florum rorismarini, Loch sanum & expertum, Loch de pulmone vulpis

Electuaria calefacientia Cor.

Electuarium de gemmis, Confectio de xiloaloes, Aromaticum muscatum.

Gallia muscata, Diamargariton, Confectio de musco, Electuariũ lętificans, Confectio de cino.

Cortices citri conditi, Dianthum seu Dianthos Conditum de buglossa, Conserua buglossę, elect. de pomis.

Electuaria calefacientia Stomachum.

Theriaca fermentata, Diaciminum, Diamuscum, Rosata nouella.

Diazinziber, Diatrion pipereon, Mitridatũ, Diagalanga.

Aromaticum rosatum, Aromaticum nardinum, Zinziber conditum.

Electuaria calefacientia Hepar.

Diaciminum, Diacalamentum, Diacinamomum, Diacostum.

Electuaria calefacientia Matricem.

Diacalamentum, Trifera magna, Confectio de acetosis.

Confectio de xiloaloe, Diambra, Electuarium ducis.

Diacinamo-

Diacinamomum, Electuarium dulce.

Electuaria calefacientia Iuncturas.

Confectio anacardina, Conſerua roriſmarini, Conſerua florum ſtichados.

Diacorus, Acori conditi.

Diazinziber, Conſerua ſaluiæ.

Electuaria infrigidantia pectus.

Zuccharum violatũ, Diagragantum frigidũ.
Loch de furfure ſimplic. Diapapauer.
Diapenidion ſine ſpeciebus calidis.

Electuaria infrigidantia Cor.

Zuccharum roſatũ, Triaſandali, Manus criſt.
Diagalanga, Diacurcuma, Diabugloſſatum.
Diarrhodon abbatis, Confectio de acetoſis, Dialacca.

Electuaria infrigidantia Hepar.

Zuccharum roſatum, Triaſandali.
Trifera magna, Zuccharum violatum.
Diacoſton, Diacoppon.

Electuaria infrigidantia Splenem.

Triaſandali, Zuccharum violatum, Zuccharum roſatum.

Conſeruæ

Conſeruæ florum ſtichados, Diarrhodon.

Electuaria infrigidantia Stomachum.

Zuccharum roſatum, Zuccharum violatum. Diarrhodon deſcriptione communi, Diacitonion ſine ſpeciebus.

Electuaria infrigidantia Iuncturas.

Diarrhodon, Succum roſatum.
Zuccharum violatum, Triaſandali.

De Trociſcis.

Reſtat modo videre de trociſcis: eſt autẽ Trociſcus rotunda compoſitio cum quadam depreſſione ad ſimilitudinem magni lupini, communis doſis trociſcorum præter eos, qui oppiati ſunt, eſt à drag. vna & media, vſque ad drag. 2. licet ſit melius non tranſcendere vi. Trociſci autem apertiui non debent exhiberi vltra quantitatem ſcrup. vnius, aut drag. med. Medicina ſub forma trociſcorum diutius conſeruatur, quàm ſub forma pilularum, aut electuariorum, aut cõfectionum, aut coctionum: exempli gratia, ſi voluero ordinare compoſitionem vnam trociſcorum, ſic dicam. Recipe maſticis cinamomi electi, gariofilorum, coriandrorum pręparatorum, calami aromatici an. drag. med. fiant trociſci cũ

ſyrup.

ſyrup. de mentha, vel cum aliqua aqua appropriata intentionem Medici, dummodo pondus vnius trociſci non excedat drag. med. & debent exſiccari in vmbra. Vnde ſi voluero ordinare pilulas, ſic dicam. Recipe trociſcorum ſupra ordinatorum drag. vnam, puluerizentur, & cũ zuccharo diſſoluantur in aqua menthæ, aut in aliqua alia ſecundum intentionem, & fiat cõfectio in rotulis trium dragmarum pro qualibet: ſimiliter dicam de decoctionibus.

De clyſteribus.

Reſtat modo videre de clyſteribus, multiplex autem eſt clyſtere quodam lenitiuum, quod fit in febribus calidis, vt, Recipe florum maluæ, blitis, violarum, mercurialis, hordei an. m. med. fiat decoctio in ſuff. q. aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, deinde fiat colatura, de qua accipe libr. vnam, caſſiæ nouiter extractæ, zucchari rubri an. vnc. vnam, olei violati vnc. quattuor, vitelli oui nu. 1. ſalis drag. 3. fiat clyſtere, vel enema. Quoddam eſt clyſtere lauatiuũ, quod fit hoc modo. Recipe aquæ hordei, vel brodij pulli, in quo decoctum ſit hordei libr. 1. zucchari rubri vnc. 1. & med. vitelli oui num. 1. fiat clyſtere ſine ſale, & ſine oleo, & fiat poſt exhibitionem medicinæ ſolutiuę ſcammoneatę. Quoddam fit clyſtere partim lauatiuum, & partim ſolutiuum, vt, Recipe florum maluæ, camomillæ an. ma-

nip.

p.med. fiat decoctio in suff.q.aquæ, de qua accipe lib. vnam cassiæ nouiter extractæ, hieræ pigræ, zucchari rubri an. vnc. med. olei camomeli, aut violati vnc. quatuor, salis drag. 3. vitelli oui nu. 1. misce & fac clystere. vel sic, Recipe brodij pulli, in quo sit camomilla decocta lib. vna cassię, hieræ pigræ, vel benedictæ, zucchari rubri an. vnc. med. mellis rosati col. vnc. 2. olei camomelini, vel violati vnc. 3. salis drag. 3. vitelli oui nu. 1. misce, & fac clystere: & hæc duo enemata conueniunt febribus calidis, vbi sit aliqua materia phlegmatica, ventosa, & biliosa.

Quoddam est clystere constrictiuum, vt Recipe rosarum rubearum, balaustiorum, hordei torrefacti, granorum myrti an. manip. med. cōtundātur, & bulliant in suff. q. aquæ cum castrati donec caput sit coctū. Deinde fiat colatura, de qua sumat lib. 1. boli armeni, sanguinis draconis an. scrup. 1. olei rosa. omphacini vnç. 2. pinguedinis renum caprarū vnc. 1. misce, & fiat enema cū vitello vnius oui assati dissoluti in brodio dicto, & istud enema cōuenit in fluxu maxime diuretico: possunt etiam cōsimilia clysteria multiplicari secundum intentionem Medici.

Quoddam est clystere carminantiuum forte, vt, Recipe rerum carminantiuarum an. manip. med. fiat decoctio in suff. quantitate aquæ vsq; ad consumptionem tertiæ partis: deinde fiat colatura, de qua recipe lib. vnam benedictæ zucchari rubri. an. vnc. 1. mell. ros. cola. vnc. 2. olei

de li-

de lilio vel ruthæ vnc. 3. salis drag. 3. misce, & fiat enema: si autem volueris facere fortius, poteris addere drag. 2. vel drag. 3. olei de baccis lauri, & istud clystere cõuenit in dolore forti à materia frigida.

Quoddam est clystere fortissimũ fortissime resoluens materiam phlegmaticã, & competit paralisi, apoplexiæ, vt, Recipe centauri minoris vtriusque saluiæ, abrotani, calamenti, origani an. m. med. anisi, rorismarini, sebesten, seminis basiliconis maioris an. vnc. med. florum stichados arabici vnc. vnam, pulpæ coloquintidos drag. 2. mellis anacardini, olei de castoreo an. quartam medietatem, salis gemmæ drag. 1. hieræ pichræ, ellebori albi an. drag. 6. bulliant omnia, præter hieram picram in decem libr. aquæ vsque ad consumptionem medietatis: coletur, & colaturæ sumantur v. partes, & addatur hieræ picræ, & iniiciatur. est enim efficax, propriũ, & vltimum. Est aliud clystere commune in quacũque dispositione leui apud mulieres, vt, Recipe brodij carnium, vel decoctionis mat. violarum, hordei lib. 1. zucchari rubri vnc. 1. & med. vitelli oui numero vno, olei violati vnc. 3. salis drag. 3. misce, & fiat enema commune. Notandum tamen est, quòd enema potest variari & multiplicari secundum varias Medicorum intentiones: sed nota, quòd solutiua, quæ ingrediuntur enemata fortia in secunda, sunt doctrina: quædam enim sunt solutiua simplicia, quædã sunt

solutiua

lutiua compositiua: simplicia sunt vt turbith, l.gemmæ, coloquintis, agaricus, & ista ponuntur in decoctione enematũ in dosi duarũ dragmarum, sal. gemmæ ponitur in quantitate drag. na. Composita sunt, diaphenicon, hiera picra, iera logodion, electuarium de baccis lauri, benedicta, electuarium elescoph, electuariũ Indũ. De istis possumus ponere vnciam vnam, aliquãdo plus, aliquando minus, secundum quòd placet Medico. Apparet igitur dosis clysteriorum, decoctio enim communis est vnc. 12. Possumus tamen ascendere ad vnc. 16. Solutiua simplicia, quæ ponuntur in decoctione, non debent transcendere drag. 3. Solutiua autem composita debent poni ab vnc. med. ad vnc. vnã & mediã, aliquando ad vnc. duas: oleum debet esse vnc. 3. sal debet esse drag. 3. & hæc de dosi clysteriorum.

De Epithematibus.

Epithema est medicina cõposita ex aquis destillatis speciebus, quę mediante panno lineo, vel laneo, applicatur membro infuso in aquis prædictis. Vnde licet Epithema possit cuilibet membro applicari, tamen communiter tribus applicatur membris, cordi, hepati, & renibus. Dosis epithematum quantum ad aquas communiter est vnc. 12. Dosis verò specierum communiter est drag. vna & med. licet aliquando Practicantes plus ponant, exempli gratia, Si voluero ordinare Epithema cordiale, sic dicam. Recipe

aquæ

aquæ roſ. bugloſſæ, meliſſę, acetoſæ an. vnc. 3 pulueris pro epithemate cordiali drag. vnam & med. vel drag. 2. croci parũ, vini maluatici vnc. 1. miſce, & fiat epithema pro corde. Pro hepate ſic dicam. Recipe aquarum roſ. endi. hepaticæ, ſolatri an. vnc. 3. ſandali rubri drag. vnã & med. vel drag. 2. aceti vnc. vnam, miſce, & fiat epithema pro hepate. Et nota, quòd idem epithema poteſt applicari renibus, & ſic apparet doſis epithematum.

De Vnguentis.

VNguentũ eſt quod ex oleo, vel oleis, pulueribus, & modico cerę, vel gũmi perficitur. Et ſciẽdum, ꝙ pro qualibet vnc. olei, vel ſucci, debemus ponere dragmã vnã pulueris, vel ad plus drag. vnam & med. cum modico ceræ. Nota tamen, ꝙ vnguentum poteſt habere triplicem formam: nã quoddã eſt molle, quoddam mediocre, quoddam groſſum. Vnde ſi voluero ordinare vnguentum, ſic dicam. Recipe olei de abſinthio, nardini, olei de mẽtha an. vnc. vnam, pulueris gariofilorũ, maſticis, calami aromatici an. drag. 1. ceræ parum, & fiat vnguentũ molle, vel cerę parum, & fiat vnguentum mediocre, vel ceræ quantum ſufficit, & fiat vnguentũ groſſum. Notandum eſt etiam, quòd vnguentũ poteſt fieri cum gummis, vtputa cum armoniaco ſerapino, ſic dicendo. Recipe olei de mẽtha, olei nardini, olei de abſinthio an. vnciam 1. pulueris

ueris gariofilorũ, masticis, menthæ an. vnc. vnã, armoniaci serapini dissoluti in aceto an. q. sufficit, fiat vnguentũ, & sic patet dosis vnguentorũ.

De Cerotis.

Cerotum est medicina dura, quæ applicatur membro fortiter adherens, vnde differt ab vnguento, quia vnguentum fit cum cera, & fit cerotum cum resina. Notandũ est, quòd sicuti pro qualibet vnc. olei, vel alterius liquoris damus drag. 1. pulueris conficiendo vnguentum: ita etiam conficiendo cerotum: exempli gratia, si voluero ordinare cerotum, sic dicã: Recipe olei cidoniorum decoctorum, de mentha an. vnc. 1. gariofilorum, masticis an. drag. 1. resinę quantũ sufficit, & fiat cerotum. Notandum est etiam, ꝙ cerotum est multiplex: nam quoddã est cerebrale, & fit in forma orbiculari, quoddam est stomachale, quod fit in forma triangulari, quoddã est epaticum, quod fit in forma lunæ, vt hæc figura) quoddam est spleneticũ, quòd etiam fit in forma rotunda, uel, vt quidã dicunt, in forma quadrata. Notandum insuper est, quod ista se habẽt per ordinem vnguentum, cerotum, & emplastrum: nam cerotum fortioris oppositionis est, quàm vnguentum: & emplastrum fortioris oppositionis est, quàm cerotum. vnde Medicus debet primum ordinare vnguentum, deinde cerotum, postea emplastrum: & sic gradatim à debilioribus ad fortiora ascendere.

De Emplastris.

Emplastrum est medicina ex multis composi-

ta & confecta, quę aut bullierint, aut cõtusę fuerint, & secundum propria corpora super membro posita, & in sua substantia. Notandum, quòd primo Medicus volens ordinare emplastrum, non debet puluerizare ingredientia, sicut est radix altheæ, camomillæ, melliloti: sed ista debet decoqui ad spissitudinem, deinde contundi, quibus contusis, debet addi oleum, vel pinguedo conueniens. Notandum secundo, quòd Medicus volens ordinare emplastrum, pro quolibet m. herbarum, vel radicum, debet ponere vnc. unam & med. olei, vel alterius liquoris, vt butiri, pinguedinis gallinę, anatis, anseris, porci, & reliqua, exẽpli gratia. Recipe florũ camomillę, melliloti, sem. aneti an. m. medium, bulliant in aqua ad spissitudinem, deinde contundantur, & cũ oleo de camomilla, de aneto, de lilio an. vnciam vnã fiat emplastrum: & sicut dico de oleis, possum etiam dicere de butiro, & de pinguedinibus supradictis.

De Embrocatione & Fomentis.

Embrocatio est casus aquæ ab alto, in qua bullierint herbæ supra membrum læsum, & quilibet m. herbæ vult lib. 1. aquæ, & debent decoqui ad consumptionẽ medietatis: deinde fiat colatura, & postea embrocatio. Ita etiam possemus dicere de Fomentatione, sed fomentatio fit cũ spongia madefacta, aut filtro madefacto in prædicta decoctione, loco patienti applicata. Et sic Deo duce imponimus huic tractatui finem.

COM-

COMPENDIVM BREVE BENEDICTI VICTORII FAVENTINI,

De Dosibus medicinarum.

Caput primum.



SERMO iste breuis tria habet capita principalia, primum caput est medicinarum soluentiũ, secundum caput erit digerentium, tertium unguentorum & emplastrorum. Pro primo capite attende, quòd medicinæ soluentes quædam sunt in forma potabili, quædam in forma pilularum. Et quoniam medicinæ soluentes in forma potabili,& in forma boli, eodem cursu currunt: ideo primo de his similiter sermonem habebimus. Et nota,quòd medicinę soluentes sunt duplices,quædam sunt,quæ soluunt electiue humorem proprium, vt Scammonea coleram : Sena,epithimum,melancholiam: Turbit, & agaricus pituitam. quædam sunt medicinæ soluentes leniendo, & sunt illæ , quæ euacuant à viis latis educendo materias communes, & ideo sunt basis omnium medicinarum electiue soluentium, veluti est cassia fistula,manna,thamarindi,& cõ-

dimenta quædam, ſicut confectio de prunis ſine ſcamonea, de ſebeſten ſine ſcamonea, & de caſſia ſine ſcamonea. Doſabis igitur medicina ſoluentes leniendo, ſecundum medicinas ſoluētes ſecundū electionem humorum educendorum. Et attende quòd cū doſis medicinarum ſit quantitas ponderalis earundem, quòd in volendo doſare medicinas lenitiuas, debes habere reſpectū ad ætates principaliter eorum corporum, quæ lenitiue euacuari debent. Conſiderabis igitur tres ætates, primo ætatem à ſeptimo ętatis anno infra, ſecundo à ſeptimo vſq; ad ſexageſimum annum, tertio a ſexageſimo vſq; ad vltimū ſenium. In prima itaque ætate Medicus debet eſſe valde prudens, & timoroſus in dando medicinas ſolutiuas, in quibus ingreditur ſcamonea, vel aliud forte ſolutiuū, ſicut eſt turbith, eſula, & etiam pro parte agaricus, quoniam à ſeptē annis infra ętatis corporis humani humidum eſt valde reſolubile, & medicina electiue, operans nedum agitat humidum, verum etiam ſui caliditate illud conſumit, ideo conſulo quòd Medicus inquantum poteſt, caueat ab exhibitione medicinarum in dicta prima ætate. Sed quoniā medicinæ lenientes vltra hoc quod euacuant materias cōmunes in viis latis exiſtentes. nō viciant mēbra, à quibus educunt, ideo in hac prima ætate denegandæ corpori nō erunt. Quarum doſis cōmunis erit maior vſq; ad drag. 7. Iuniorū vero ſecundum quod annuatim minorabitur ætas

à ſepti-

ſeptimo anno infra, vt in ętate ſeptem annorũ
udacter exhibe caſſiam ad doſim dragmarũ 7.
n ætate ſex annorũ, 6. drag. dabis. In ætate vero
uinque annorum drag. 5. cũ veneris ad ætatem
uatuor annorum conſulo, vt nullatenus des ip-
is pueris medicinas lenientes, quoniam ſui vi-
coſę ſubſtantiæ, & dulcedine facilè commouēt
ermes. Igitur pueris à quatuor annis infra pro-
ibebis omnia hæc caſſiam, & confectionem de
ebeſten, & confectionem de prunis, & ſimilia
his, eo tamen tempore libere poteris offerre ip-
ſis pueris rheubarbarum in ſubſtãtia mag. quia
oppugnant vermibus, minus vero in infuſione.
Et maior doſis rheubarbari in dicta ætate erit
vſq; ad drag. vnam, vel in forma pilulari, vel in
forma potabili. In ætate vero media, cuius ſunt
tres particulares ætates, vna vſq; ad 18. annum,
alia vſque ad quadrageſimum, tertia vſque ad ſe-
xageſimum. In prima ætate doſis medicinarum
lenientium poterit aſcendere vſque ad drag-
mas decem, à decem & octo vſque ad quadra-
ginta, vſque ad vnciam vnam & mediam, à qua-
draginta vſque ad ſexaginta quandoque dragm.
decem, quandoque vn. vnam & med. dare pote-
ris attenta conſideratione ad obedientiam, vel
inobedientiam alui, ſiue ea tribue in forma bo-
li, vel in forma potabili. In tertia ętate vero, quę
eſt vſq; ad vltimum ſenium nunquam tranſcen
das doſim dragmarũ 10. medicinarum lenien-
tium. Et ſic in omni ætate audacter poteris con-

tribuere prædictas doses medicinarum lenientium. Demum cõsiderabis dosim medicinarum electiue soluentium. Et attende, quòd tales medicinæ sunt in duplici differentia. Quædam enim sunt furiosæ in suis operationibus, & modo soluendi: vt scamoneum, elaterium, quarum operationes, sunt sicut furiosi operatores, & ideo cogitabis quòd dosis dictarum medicinarum sit per gr. & non per drag. vel per scrup. & in dando tales medicinas corpori humano non attingas vsque ad scrupu. earum, sed multo infra dosabis eas per grana adeo vt earum dosis non sint, nisi gr. 10. Si vero sint medicinę laboriose soluẽtes, non tamen cum furia, & celeri euacuatione materię peccantis, dosis earum non attinget vnc. sed communis dosis earum non debet pręterire vnc. med. vt turbith, agaricus, aloes. Si vero fuerint medicinę electiue soluentes cõpositæ, quæ soluunt per virtutem scamoneæ, vel alterius fortiter soluentis, dosis earum de per se non debet præterire drag. quatuor sicut est electuarium indum, electuarium de dactilis. Confectio amech, confectio elescoph electuarium de succo rosarum. Si vero hæ medicinę compositæ, in quibus est virtus scamoneæ, vel alterius electiue soluentis, offerantur corpori humano permixtę cum medicinis lenientibus, sicut est communis practicandi modus, non attingas earum vnc. med. sed secundum quantitatem medicinæ lenitiuæ dosabis prædictas medicinas, vt si maior sit do-

s lenientium, minor dicatur esse dosis electiue
oluentium: verbi gratia, si dabis drag. 6. cassiæ
istulæ nouiter tractę, vel alterius de prædictis
nedicinis lenitiuis, secure poteris ei admiscere
lectuarium indum, vel diafiniconem in dosi
lragmarum triũ. Si vero lenitiuum fuerit vn-
ia vna, solutiui dosis non transeat drag. 2. & ad
plus drag. 2. cum dimidia, & eandem dosim so-
utiuorum obseruabis, si plura solutiua adinu-
em permiscere volueris, siue hoc fiat in forma
poli, siue in forma potabili.

Si vero Medicus morbum curabit cum exhi-
bitione pilularum, consideret primo si compo-
sitionẽ illarũ ingreditur scamonea vel nõ, si nõ,
sicut in pilulis de agarico, & de assaiaret, de aloe
lota, tũc dosis istarũ debet esse usque ad maximã
dosim, quæ est dragmarum 2. Et quia melius est
infra subsistere quàm complete euacuare, ideo
cõmunis earum dosis maior erit vsque ad drag-
mam vnam & med. attenta etiam ætate ipsius
patientis, quoniam si esset puer, vel senex, earum
dosim minuere debebis: si vero in earum pilula
rum compositionem ingrediatur scamonea, de-
bes considerare quantitatem scamoneæ ingre-
dientis, si maior illius quantitas fuerit, tunc mi-
nues dosim earum, dato etiam quòd non multũ
ingrederetur de scamonea, sed si cum ea multa
alia soluentia ingrederentur, sicut sunt pilulæ
cochię Almans. Et pilulę fœtidę, & multę alię
his similes, quarum dosis communis maior est

drag. vna, vsq; ad scrupulos quatuor, tunc cõsidera quòd tales pilulæ medicinæ sunt prohibendæ & cauendæ à Medico in prima ætate, & tertia de iá dictis ætatibus, vbi vero has pilulas cõpones cũ pilulis, in quarum compositioné non ingreditur scamonea, vel aliud forte solutiuũ, secundũ quantitatem pilulę nõ scamoneatę, verbi gratia, cum scru. duobus pilularũ assaieret, vel de agarico, vel elefanginarum poteris permiscere scrup. 2. vel. 2. & med. pilularũ scamoneatarum vel aliud forte solutiuũ. Et hæc de medicinis soluentibus tũ leniendo, tum electiue educendo.

Secundum caput est de digerentibus, seu de dosi ipsorum quæ corpori humano offerri debent.

ATtẽde quòd cum maior virtus alteratiua membrorũ corporis humani sit in decoctione facta ex appropriatis simplicibus materiæ digerendę, quá reperiatur in syrupis & aquis destillatis, ideo consulo, ꝙ cęteris paribus maior quãtitas syruporũ cũ aquis destillatis corpori exhibeatur q̃ ipsius decoctionis, ob quam rem considera quantitatem corporis patientis. & quantitatem materię peccantis digerendę, ꝙ si corpus robustum & magnum fuerit, cuius membra sint proportionata quantitate, poteris syruporum dosim crescere cum aquis destillatis vsque ad vnc. 8. pro vice ei offerantur vnc. 3. syrupo-

syruporum,& in his nõ ingrediatur aliquod so-
utiuum,& vnc. 5. aquarum,quod si nõ fuerit tã
æ magnitudinis & roboris corpus, vel in ætate
ueritię, minuere debes dosim syruporũ secun-
lum quantitatem minoris corporis, & ẽt ætatẽ
ueritiæ, vt si communis dosis syruporum cum
quis destillatis fuerint vnc. 5. secundum quod
corpus erit excedentis quantitatis & crassitiei,
& etiã materia erit multa, exhibebimus maiorẽ
dosim syruporũ. Si vero à mediocritate corpo-
ris minuat corpus humanum, & in eo pauca sit
materia. Infra communem dosim syruporum
poteris deuenire ad vn. 3. vsque ad vnc. 3. syru-
porum cum aquis destillatis. Si vero pergratum
erit Medico, vel infirmo digerere materiam cũ
decoctionibus, cum in ea maior sit virtus dige-
stiua illius decoctionis dosis erit vsque ad vnc.
5. vna cum modico zucchari, vt melius natu-
ra voluptuetur in ea, quæ etiam decoctione in
sua dosi poteris permiscere vnc. vnam syrupo-
rum, secundum quod expediat pro digestio-
ne huius vel alterius materiæ digerendę, & hæc
de dosi digerentium dicta sint.

Tertium caput de vnguentis & emplastris.

In omni quantitate vnguentorum dosis de-
bet esse talis, vt pro qualibet vncia oleorum, vel
succorũ ingredientium vnguenta, sufficit drag.
med.

med. puluerum ingredientium dicta vnguenta, quod si volueris vnguenta in suis virtutibus vigorare, pro qualibet vnc. olei, vel succorum addere poteris dragmam vnam pulueris: de dosi ceræ ingredientis huiusmodi vnguenta dicimus quod diuersificanda erit, secundum quod attendimus maiori, vel minori vnguentorum densitati. Vbi velimus densius vnguentum, plus de cera dabimus. Vbi vero minorem densitatẽ requirimus, & minus de cera contribuimus, ob quam rem cum cerota componere voluerimus, maiorem ceræ dosim contribuemus.

Vbi vero vnguenta mollia tentabimus, & maiorem ceræ quantitatem addemus. In prædictis quoq; vnguentis cõsiderare debes quãtitatẽ, seu dosim oleorum ingredientium: similiter succorum, & puluerum, & quandoque gummorum, iuxta quantitatem humorũ peccantium: quod si humor peccans calidus fuerit, dosim frigidorum augmentabis. Si vero frigidus, dosim calidorum in maiori quantitate pręparabis. Et simili modo in passiuis de humido, & sicco dicemus semper tamẽ attenta complexione membri peccantis, quod si fuerit membrum complexionis frigidæ, patiatur autem ægritudinem calidã, dosis medicamentorum debet declinare ad maiorẽ gradum frigiditatis, primo vt repellamus calidam, secundo vt temperaturam frigidam membri conseruemus, & sicut dico de hac, dicendũ est de complexione calida, sicca, & humida. Et attende

attende quòd si membra principalia patiantur à mala complexione calida, vel frigida, non debes illis applicare vnguenta, vel cerota, quæ sunt vehementis frigiditatis, vel caliditatis, quoniam medicamenta intensę qualitatis, non debent applicari membris principalibus propter rationes datas à Principe in quarta primi. Si vero volueris emplastra componere, aduerte, quòd ea quæ decoquuntur, vt herbæ, semina, radices, in maiori dosi debent assumi, quàm sit dosis pinguium, puluerum, farinarum, & oleorum ingredientium dicta emplastra, quoniam de oleis in emplastris tantum debes apponere, & de pinguibus aliis sicut butirosa, & pinguedines tantum debes apponere quantum sufficit ad impinguãdum solum ipsa emplastra. Et hoc vt aliorũ virtutes non confundantur. Et in his emplastris debes habere considerationem ad complexionem morbi peccantis, quòd si morbus calidus fuerit, vigeãt in emplastro frigida, nõ tamen sine adiutorio aliquorum calidorum, ne sua frigiditate constipetur, & cõpingatur materia in loco laborante. Simili modo si complexio morbi fuerit frigida, non sis contentus solis calidis, ne eorũ caliditate membrũ patiens dissoluatur. Et ideo relinquo prudentiæ Medici in dosando emplastro, & eorum quæ ingrediuntur ipsa, infrigidãdo calidis complicare, & in humido siccis, & è contra. Et hæc sunt de oleis, & vnguentis, ac emplastris.

BARTHO-

BARTHOLOMEI MONTAGNANAE MEDICI CLARISSIMI,

Tractatus de modo componendi Medicinas, & de Dosi earum.

De modo componendi receptas, siue medicinas. Cap. I.



PORTET compositorem receptarũ cognoscere genus ęgritudinis, quia vel ægritudo est in complexione, compositione, vel vnitate.

Secundo, necesse est cognoscere simplicem vel compositam ęgritudinem, materialem vel immaterialem.

Tertio necesse est cognoscere membrum an sit calidum vel frigidum, humidum vel siccum.

Quarto necesse est cognoscere morbum an particularis vel vniuersalis.

Quinto, qua morbis noceat virtute an qualitatibus primis manifesti vel occultis vel vtrisq;.

Sexto vt medicinæ sisntacceptæ ex parte ægrtudinalis dispositionis.

Sequun-

Sequuntur regulæ ex parte corporis ægrotantis se tenentes.

Prima, oportet medicum volentem medicare complexionem totius vel partis cognoscere an sit complexio naturalis calida, frigida, & humida, vel sicca.

Secunda regula, oportet cognoscere iuuamenta & operationes particulares corporis patiẽtis.

Tertia regula, oportet cognoscere modũ substantiæ membrorum, an sit substantia rara vel densa, an fortis vel debilis texturę.

Sequuntur nouem regulæ sumptæ ex parte medicinarum simplicium.

Prima. necessaria est notitia graduum simplicium medicinarum, quæ sunt quattuor.

Secunda, necessaria est notitia secundarũ virtutum medicinalium, vt si medicina mollificat, lubrificat, vel incidit.

Tertia, necessaria est notitia tertiarum virtutum medicinalium, quæ est operatio cum proprietate, vt quia aliqua medicina calefacit renes aliqua caput, aliqua cerebrum.

Quarta, oportet cognoscere specificam proprietatem cuiuslibet medicinæ simplicis, quæ est proprietas electiua.

Quinta necessaria est cognitio dosium medicinarum.

Sexta, oportet cognoſcere modum ſubſtantiæ
i ſit ſubſtantia ſolida, vel liquida.

Septima, oportet cognoſcere tempus electio
is. nam radices non ſunt eligendæ niſi poſt ca-
um foliorum, & pręcipue a medio Septembris
ſque ad initiũ Nouembris, & flores ſunt col-
gẽdi a medio Maij vſque ad primum Iulij, &
e fructibus ſecundum diuerſitatem herbarũ.

Octaua regula, oportet cognoſcere ætatem &
eriodum medicinarum.

Nona, oportet cognoſcere ſaporem medici-
arum. Nam fallit plus iudicium ſumptum a
olore, quàm a ſapore: aliquãdo enim virtus eſt
n foliis, aliquando in floribus, aliquando in pal
nitibus, aliquando in radice.

ſequuntur 11. regulæ ſumptæ a parte medicinarum ingredientium harum compoſitionem.

Prima, omnis medicina ingrediens antido-
tarium, aut eſt temperata, aut non.

Secunda eſt. an velocis operationis, tardę, vel
mediocris.

Tertia, aut ingreditur ratione multorũ iuua-
mentorum, aut ratione vnius principalis.

Quarta, an medicina ingrediens habeat iuua-
mentum cum nocumento, vel ſine nocumento.

Quinta, vtrum medicina ingrediens ſit iuua-
tiua ratione ſui per ſe, aut nõ ſolum ratione ſui,
ſed ratione etiam aliorum ſecum commixtorũ.

Sexta

Sexta, vtrum medicina ingrediatur solũ ratione sui iuuamenti, quod facit, vt cum iuuamẽto & correctione aliquarum medicinarum secũ commixtarum.

Septima medicina ingrediens causa consolãdi, aut excedit medicinam consolandam in gradu, aut exceditur ab ea.

Octaua, vtrum medicina ingrediens antequã ingrediatur sit consolatiua vel non. vnde medicina aliquando aliquam partẽ corrigit absq; altera ab ea.

Nona, vtrum medicina ingrediens sit substãtiæ densæ, mediocris, vel æqualis.

Ex prædictis sequuntur conclusiones.

Prima conclusio, minor debet esse dosis medicinæ ingredientis compositionem, quæ est eleuata in gradu, quàm medicinæ, quæ non est sic eleuata in gradu. vt si spica nardi, camomillæ adiungatur, minor debet esse dosis spicæ nardi, quàm camomillæ, quæ est calida & sicca in primo, & in prima mansione.

Secunda conclusio, maior debet esse dosis medicinæ habentis respectum ad longinquas partes, quàm habentis respectũ ad propinquas partes, vt agaricus habet educere phlegma à toto corpore: maior tamen est respectus eius ad stomachũ, & hermodactili maiorem habent respectum ad iuncturas: quare in comparatione ipsorum

ıni cum agarico maior debet esse dosis hermo
ctilorum,quam agarici ad educendum phleg
a ex vtrisque.

Tertia conclusio, minor debet esse dosis sca-
oneæ quàm reubarbari, & tanto minor dosis
uanto excedit in gradu.

Quarta conclusio, medicinarum ingredien-
um compositionem multorum iuuamentorũ
velocis operationis minor debet esse dosis
uàm medicinarum multorum iuuamentorum
tardæ operationis.

Quinta conclusio, dosis medicinæ habentis
ura iuuamenta debet esse maior quàm haben-
solum vnum iuuamentum. ratio est, quia ra-
est,quin medicinæ aliqua includant nocumẽ
. sed illa nocumenta corriguntur per pluralita
m iuuamentorum, sicut in theriaca caro tyri
onitur in pauca dosi, quia est venenum: quia
bet petere cor. tamen quia refracta per alias
edicinas ingredientes quę sunt multorum iu-
amentorũ antequam suam perficiat operatio-
em aliæ medicinæ præcesserunt,& fecerunt po
ntiorem operationem.

Sexta conclusio, dosis medicinæ raræ debet
se amplior, quàm dosis medicinæ substantię
ensæ.

Septima conclusio, dosis medicinarum egre-
ientium habentium vnum iuuamentum tan-
um, vel plura per se illa operantia debet esse ma
or, quàm medicinarum nõ operantium solum

D per

per se, sed cum aliis, vnde illæ mædicinæ solum operantur per se, quæ non indigent consolatione, & non per se quæ indigent consolatione.

Octaua conclusio, medicinarum ingredientium compositionem ratione suorum iuuamentorum quæ per se producunt, & cum hoc ratione consolandi alias medicinas maior debet esse dosis, quàm medicinarum ingrediẽtium ratione vnius tantum. Vnde absinthij dosis drag. 1. sumitur; si tamen componatur cum alio ratione iuuamenti sui & cõsolationis debet esse. drag. 2.

Nona conclusio, medicinarum ingredientiũ compositionem ratione consolandi dosis debet esse maior, qàum medicinarũ quæ consolantur.

Decima conclusio, medicinarum ingredientium compositionem ratione consolandi, dosis aliquando debet esse maior, & aliquando debet esse minor. Sed diceres, vtrum medicinę ponendę in electuariis sicut sunt oppiata & digerentia, sint magis corrigendæ, quàm in laxatiuis. Respondeo quod sic: quia laxatiua non habent penetrare per membra sicut alteratiua, vt patet per Nicolaum. Solutio. diceres quare in medicina aliquando ponuntur duæ medicinæ pro basi: aliquando tres: aliquando solum vna. Exemplum secundi, vt in benedicta ponitur turbith ad euacuandum phlegma a renibus, & iuncturis, & ad ipsum fortificandum ponuntur hermodactili, & quia etiam tarde operãtur scamonea. Exemplum primi, vt in paralesi quæritur materierum

erum consumptio, & neruorum confortatio, eo simul misçetur castoreum,& piretrum pro na basi. Aliquando ponimus in vna basi duas edicinas contrarias appropriatas diuersis mẽ- ris,quia natura postea diuidet vnicuique suum onueniens, quia vnicuique membro naturale t suũ disconueniẽs remouere, & iuuat ad hoc tractiua aspectus mẽbri, sed præter basim vel ases aliquando miscemus cum basi eius opera- ones iuuantes,quæ sunt similis operationis, vt ı theriaca miscemus tiros,& terrã,sigillatã quę alẽt contra venenũ sicut caro tiri, quandoq; ẽt iuatur basis per aliam medicinam, quæ sibi ræparat materiam vt ei obediat, & sic cum tur ith miscemus zing. Aliquando miscemus re- rimentia, vt in theriaca ponitur bezoar super enenositate carnis tiri, & quia aloes est excoria iuum sua mora miscemus bdelium, & anisum, quia nocet stomacho miscemus sandalos albos. & rubeos,& masticem,& Obdelium, quia nocet excoriando intestina. Tertio dicetis quomo- do inuenitur basis alicuius medicinæ. Dicitur quòd basis inuenitur in areolis medecinarum: quas ponit Auicenna. prima enim areola est cõ- plexionis gradus medicinarũ, vt calida,frigida, &c. Secunda est proprietatum diuersarum secũ- dum quod quædam respiciunt stomachum, he- par. Tertia est medicinarum oppilantium. Et dicitur areola ordinatio sermonis valentis ad idem, & sic de aliis. Vltra areolas considera

quatuor gradus bonitatis medicinarum in confortatione, vt ſtomacho aliquid eſt bonũ vt maſtix: aliquid eſt magis bonum vt cinamomum: aliquid valde bonum vt menta: aliquid maximè bonum vt abſinthium. Ex areolis igitur accipe medicinas, quæ ſunt paucioris nocumenti quã potes. & ſi qua ſunt nocumenta corrigit, vt ſi hepar ſit calefactum & oppilatum, melior eſt ſimplex medicina quàm cõpoſita, quia indiget iſtis tribus, ſcilicet infrigidatione, deoppilatione, & medicina reſpiciente hepar. Si autem nõ habes medicinam complẽtem illa tria, ſed duo tantũ, vt aqua endiuiæ reſpicit hepar & infrigidat: addatur tũc ſemen fęniculi: quia deoppilat, & quia calefacit aliquantulum, apponatur eo minus, & ſi reperio medicinam facientem vnum tãtum, ſicut lactuca tantum infrigidat: ideo miſcetur cum ſandalis & ſemine fœniculi, & ſic iſta tria ponuntur pro baſi, quia lactuca non deoppilat, nec reſpicit hepar, &c. Et ſic huic opuſculo finem imponimus.

De modo inueniendi doſim vniuſcuiuſque medicinæ Cap. II.

AD inueniendum doſim vniuſcuiuſq; medicinæ cõpoſitę quędam ſunt conſideranda. Primo ex parte totius cõpoſiti. Secũdo ex parte doſis proprie, ſiue ex parte illius cõpoſiti. Tertio ex parte vtriuſq;. Ex parte

arte cōpositi primo quinq; attendere oportet.
Primo qualitatem & virtutem ipsius. Secū.
o quantitatem. Tertio numerum simpliciū.
Quarto compositionem & proportionem di-
torum simplicium in dicto composito. Quin-
o genus totius, siue mensuram gradualem, &
irtutem illius compositi.

De qualitate autem duplex est operatio atten
ēda. vna est, quæ ex modo mixtionis resultat,
uæ ratiocinatiue non potest perfecte acquiri:
isi secūdum quod auctores nostri de ea ponūt,
c habetur per experientiā, & de hac possumus
nuestigare hoc modo: quia si simplicia habeant
mnino eandem qualitatem, & virtutem, totum
llud compositum habebit illam eandem quali-
atem & virtutem in summo. Si vero habeant
ontrariam, & sint adæquatæ, contraria habebit
stam virtutem mediam, & secundum hoc habe
it plus vel minus secundum qualitatem sim-
licium in ea existentium. & hoc pharmacū fa-
ctum totum compositum ex simplicibus soluti-
is, erit multum solutiuum.

Quantitas vero quandoque ponitur confusa
b auctoribus, scilicet ad arbitrium conficientis
harmacum, & secundum quod plus vel minus
le pharmaco vult conficere, & sic illo modo po-
itur hic, Rec. hieræ pigræ partem 1. sticados
artem 1. & quādoque ponitur determinate. vt
um dicitur. Rec. de prędictis vnc. 1. vel Rec.
nc. med. quomodocunq; dicatur, est satis nota

quantitas totius compositi ei qui potest omnē quantitatem singularium seu simplicium aggregare, & facere potest vnam summá, quæ sit summa quantitatis totius compositi, sicut est in præsenti pharmaco, sicut cum pulueris pigræ ponit vnc. 1. & vnc. 1. epithimi. drag. 1. sticados, scamoneę drag. med. mirobalanorum. vnc. 2. & sic erunt quatuor vnc. & sic apparet secundum, & tertium. Circa quod est notãdum, quòd ex parte totius est numerus componentium simplicium pharmacum quæ compositum ingrediuntur, hic.n.numerus facillime inueniri potest. in præsenti.n. pharmaco quinque simplicia ingrediuntur: verum tamen est, quòd inter illa simplicia quandoque cadit diuersitas, ideo inter illa est ordo attendendus. quare oportet simplicia sic diuersa ad ordines reducere, vt simplicia, quæ ab istis differunt, tunc cõueniant, & ad vnũ ordinem reducantur ex alia ad alium, & sic de aliis, vt ex hac reductione eorum propria inueniatur diuersitas. Sed hic diuersitas quę inter cõtraria cadit, aut est cum contrarietate: & resistentia eorum adinuicem, aut sine contriarietate, cũ contrarietate quidem, vt simplicium quædam sunt solutiua, quædam constrictiua, quædam calida, & quædam frigida erunt &c. Diuersitas in præsenti pharmaco non attenditur. Ideo de ipsa nihil ad præsens dicitur. Diuersitas vero sine contrarietate est diuersitas, aut inter solutiua fortia & debilia, aut inter solutiua & digestiua,

: sic de aliis : hoc autem diuersitas in propo-
ti pharmaci compositione est reperta, quia ibi
int solutiuá fortia, vt est scamonea. sunt etiam
olutiua debilia vt epithimum, polipodiũ, miro
alani. sunt etiã digestiua aperitiua vt sticados.
eciemus igitur in præsenti pharmaco tres or-
lines, vnum solutiuorum fortium, & sic in hoc
harmaco scamoneam in vno ordine ponemus.
ecundum solutiuorum debilium faciemus, &
1 hoc ponemus puluerem hieræ, epithimum,
nirobalanos. Tertium ponemus digestiua, &
ic habemus tertium, quod erat considerandum
x parte totius compositi.

Et in isto tertio apparet quartũ, s. quæ sit pro-
ortio eorũ ad inuicẽ, sed quia proportio attẽdi
ur penes excessum vnius ad alterum : sed talis
xcessus potest attendi in medicinis simplicibus
nixtis adinuicem vel in ordinibus suis, sicut di-
gestiua ponunt, & non plura numero: solutiua
vero econtra. Ordines solutiuorum possunt es-
se plures numero ordinibus digestiuorũ, vt pa-
et in præsenti pharmaco si consideras, quia so-
utiua simplicia sunt plura digestiuis. Item ordi
nes solutiuorum sunt plures numero ordinibus
non solutiuorum. Secundo potest attendi exces-
sus quantitatis eorum, quia de vno pharmaco
ingreditur vnc. 1. in aliquo composito. de alte-
ro vero sumatur maior quantitas vt vnc. 2. aut
ordo solutiuorum excedit in hoc composito or
dinem digestiuorum in quantitate, & hoc quia
 plures

plures vnc. solutiuorum sunt: de non solutiuis ponit. vnc. med. Tertio potest attendi iste excessus ratione gradus suæ virtutis, in quo maxime consideratur, siue attēditur proportio & excessus. eo quòd excessus virtuosus in omnibus rebus est excellentior quantitatiuo numeroso siue discreto, vt ponit Galenus in fine sexti de ingenio sanitatis, & in isto modo tertio scamonea in huius pharmaco excedit omnia simplicia pharmaca. est enim excellentissimę virtutis solutiuę. licet in numero excedatur ab aliis, quia illa sunt quatuor, & de quantitate cum de illa in toto cōposito sint 8. diuidūt enim quatuor vnc. in duas medietates, & sic in toto erunt octo partes, quarum vna erit scamoneæ. in ista proportione horum adinuicem tam ratione numeri, quàm ratione virtutis simplicium pharmacorum, aut istorum ordinum, statim apparet quid sit gradus compositi pharmaci. Nam quia denominatio debet fieri ab eo quod excedit ratione gradus siue virtutis compositi pharmaci, sicut scamonea in huiusmodi composito pharmaco: ideo ipsum ponemus in quarto gradu solutiuorum, scilicet in principio eius, quia ipsum non est totum ex fortissimis medicinis. vnde non est solutiuum sic sicut si esset scamonea pura. Nam & in solutiuis quatuor gradus distinguuntur, vt quia ponimus in primo gradu solutiuorum aquam lactis syrupum violatum mel ros. colatum. In secundo vero ponimus tamarindos, cassiam fistu-

lam,

m, mannam, & similia. In tertio ponimus po-
podium, rheubarbarũ,& similia. In quarto sca
moneam, serapinum, colloquintidã,& similia.
Ex hoc apparet quintum, quod erat conside-
randum ex parte totius compositi, quæ pars po-
test dici dosis. Est sciendum, quòd dosis duplici-
ter potest inueniri, vno modo per scripturam,
quæ ab auctoribus ponitur. talis pharmaci sim-
plicis vel compositi dosis est drag. 2. vel scrup.
. Alio modo potest inueniri ratiocinatiue, tam
in simplicibus, quàm in compositis. Nam dosis
est quantitas determinata, vel pars aliqua phar-
maci simplicis, vel compositi, quæ de se est apta
nata facere operationem sufficientem, & non di
minutam, & non superfluam. Et dico quòd de
se, quia ratione corporum vel humorum quan-
doque potest facere superfluam vel diminutam.
Et per hoc, quod in venis non est propria dosis
de se semper est apta nata facere operationẽ su-
perfluam. Modo dico, si dosis ab auctoribus non
ponitur, possumus eam ratiocinatiue inuenire.
Nam hæc dosis non est punctualis, ita quod cõ-
sistat in indiuisibili. sed habet latitudinẽ, quia
distinguitur dosis cuiuslibet pharmaci simpli-
cis vel compositi per tres mansiones: quia quæ-
dam est, cuius dosis minor est vt scamoneæ v.
grana. quædam maior 15. grana. quædam media
vt quæ in medio horum consistit. Hoc autem
ratiocinatiue sic colligere possumus quodlibet
pharmacum, cuius, dosim quærimus, aut est in
primo

primo gradu. virtutis verbi gratia in ſolutiuis ponimus,quia in his magis quærimus doſim, vt ſerum lactis, ſyrupum violatum, & tunc doſis horum incipit ab vnc. 1. & tēdit vſque ad 5. vel 6. ſecundum gradum quem obtinebit inter ſolutiua primi gradus inferior, aut media minor & maior. poteſt enim ad quartum vel ſextum octauum, & etiam eſſe in medio. Aut tale pharmacum eſt in ſecundo gradu ſolutiuorum, & huius doſis incipit ab vnc. med. & vadit vſq; ad vnc. 2. vt mea meo modo. Si vero ponitur in tertio gradu minor doſis eorum incipit a drag. 1.& tendit vſq; ad drag. 3. vel quatuor. Si vero ponitur in quarto gradu doſis minor incipit a granis duobus,& tēdit vſque ad ſcru. vel drag. 1.ad plurimum,& iſto modo diuerſificantur ſecundum diuerſitatem in manſionibus ſuis, & hoc erat quod erat attendendum ex parte doſis, ſiue quantitatis determinatæ partis compoſitæ.

Sed ex parte vtriuſque attendēdum eſt, quòd quia eadem eſt proportio ſimplicium pharmacorum in qualibet parte compoſiti, aut ordinis ipſorum ſimplicium, quæ eſt in eorum toto cō-poſito, & hoc cum totum ſit vnius rationis omnes videntur recipere totius denominationem: ita quod quæ eſt proportio ſolutiuorum in toto pharmaco, talis eſt eorum in qualibet parte cōpoſiti.oportet primo inuenire doſim vniuſcuiuſq; ſimplicium dominantium in compoſito maxime ratione gradus vel virtutis. ab iſtis.n.

t dictum est denominatur totum compositũ. ecundo oportet scire, quòd si hoc pharmacum irtutis fortis componitur cum adiuuantibus psum, debet poni minor dosis sua, & si ponatur um contrariantibus ipsi debet poni maior dois. Si vero non iuuatur nec nocetur, debet poni nedia dosis. Ita ista forte fuit vna ex causis, propter quas auctores doses cuiuslibet pharmaci unt partiti in tres mansiones.

RESTAT prædicta applicare ad opus, vt in prędictis descriptionibus statim dicam exemplum. verbi gratia ex hoc pharmaco dicitur debere fieri pilulas magnas, & ideo dicuntur magnæ, quia in modica quantitate magnum & sufficientem effectum inducunt. Inuestigamus ergo in hoc pharmaco dosim sufficientẽ & cõpetentem, primo attendentes ex parte totius cõpositi, & inuestigabimus ea, quæ dicta sunt.

Inuestigemus ergo virtutẽ suæ qualitatis, hęc autem qualitas est illa, quę ex simplicibus in cõposito resultat, quia igitur omnia illa simplicia sunt solutiua vel adiuuantia solutiua, totius ẽt pharmaci virtus solutiua erit.

Secundo oportet inuestigare eius quantitatẽ, quia eius quãtitas est indeterminata. ideo oportet determinare eam, vt scamoneæ drag. 1. ponitur hierę, epithimi, sticados, an. dragm. 2. mirobalanorum. drag. 1. tunc totius compositi quãtitatis est drag. 8.

Tertio oportet inuestigare numerum simpli

cium

cium, & diuersitatem eorum, simplicia sunt v. & diuersitas eorũ est, quia quædam eorum sunt solutiua: quorum quædam sunt debilia & quædam fortia, quædam digestiua & quædam non.

Ex his omnibus faciemus tres ordines. Primus est digestiuorum. Secundus solutiuorũ debilium, in quo ponemus puluerem hieræ, epithimi, mirabolanorum. Tertius fortium solutiuorum, in quo ponemus scamoneam.

Quarto oportet inuestigare proportionem, & illam sic consideramus. ipsa sic se habet quod debilium solutiuorum sunt quartæ, ij. s. non solutiuorum fortium, scamoneam scilicet est 8. pars, & respectu totius compositi. Solutiuorum non fortiũ sunt partes v. verum est tamen, quod quando digestiua sunt adiuuantia solutiua, ponenda sunt in numero solutiuorum debilium. Et si hoc modo faciemus, ponemus totum pharmacum solutiuum esse ex solutiuis eius ex quartis, iij. s. debilium solutiuorum, & octaua fortiorum, & sic patet proportio simplicium in toto composito.

Reliquum vero est inuestigare huius pharmaci gradum. gradus enim ex prędicta proportione inuenitur, verbi gratia, vt dictum est. nam in hoc pharmaco composito pharmacum ponitur maxime solutiuum, quod est scamonea, & ponitur ipsius quantitas sufficiens, quia tamen alia pars totius compositi maior est, sed solutiuorũ adiuuantium super opere scamoneæ ponuntur

duæ

uæ partes: ideo totum pharmacum non potest
poni in gradu fortissimorum solutiuorum pro-
pter solutiua non fortia, quæ ibi dominantur in
quantitate, nec potest poni in gradu primo, sci-
licet solutiuorum debilium, quia ibi dominatur
in virtute. propter quod ponendum esset in me-
dio solutiuorum secundi gradus & quarti. nunc
autem quia excedens in virtute est magis dignũ
ut ab eo fiat denominatio, propter hoc pharma
cum magis declinat ad gradum fortiorẽ, quàm
minorem, & sic est in fine tertij gradus.
Vt ergo inueniamus propriam dosim pharma
ci huius, oportet attendi illud, quod dicebatur
ex parte totius compositi pharmaci. Dicebatur
enim quòd tota hæc dosis quandoq; ab auctori-
bus subscripta vt hic ponitur pharmaci drag. 2.
quandoque non ponitur, vnde ipsam ratiocina-
tiue inuenire oportet: aut dato quòd ponatur
inuestigare vtrum conueniens sit, aut non. quo-
modo hoc inuenimus, certe oportet coniectu-
rari suæ virtutis gradũ, quia gradus huius phar
maci est, quia ponimus in fine tertij gradus, &
quia dosis horum solutiuorum incipit an. drag.
.& tendit vsque ad 4. Sed vt magis determina-
te ipsam inuestigemus, oportet addere illud, qđ
dicebatur ex parte vtriusque, propter quod opor
tet attendere dosim propriã dominantiũ, & ma
xime in virtute, vt in hoc pharmaco scamoneę
gra. 1. s. vsque ad tres, verum quia ponitur cũ
pharmacis adiuuantibus, oportet ponere dosim
minorem,

minorem. oportet enim tantam quantitatẽ totius compositi accipere, in qua non sit de scamonea vltra v. gran. Et adhuc scire debes prædictã regulam generalem, quòd eadem est proportio pharmacorum in toto composito & in qualibet parte. & quia in toto composito est pars illa scamoneæ, & in qualibet parte esset illa pars eius, accipiatur ergo dosis huius pharmaci, quæ ponitur in littera, scilicet drag. 2. videamus an sit cõueniens dosis in his drag. 2. 8. pars est scamoneę & dimidia dosis est gra. 9. quia octaua pars est quarta drag. 1. scamoneæ quæ est gra. 15. quæ est maior dosis scamoneæ, quia hic est composita scamonea cum aliis pharmacis solutiuis, & quia sic est, oportet quòd ponatur dosis minima, quia ibi solutiua adinuicem vniunt operationẽ scamoneæ: ideo dosis hęc posita est nimis magna, & ideo non est danda. Nam si esset aliquod solutiuum cum 7. granis scamoneæ, adhuc per se esset maxima dosis, propter quod non damus illius pharmaci drag. 2. quia in drag. 1. illius pharmaci erãt gra. 7. scamoneę, & illa est sufficiẽs dosis quando est composita cum aliis solutiuis, & maxime quando nõ est ibi solutionem eius prohibens &c. Et sic patet quòd illud dictum Aui. est verum, s. quod inducit ignorans ad interficiendũ. Et propter hoc illud dictum erit in memoria cuiuslibet Medici prudentis. Et per hũc modum in cæteris solutiuis est particula dosis propria inuenienda. sed non expectes vlterius

quod

quod amplius tibi scribam particulariter. Nam per hoc intelligens poterit de se cæteris inuestigare solutiuis & aliis pharmacis, & sic huic operi imponitur finis. Laus Deo Patri, & Gloriosæ Virgini.

De gradibus medicinarum. Cap. III.



MEDICINÆ temperatæ. Aurum, margarita, capillus vene. borax, radix, lilij, manna, cassia fistula, smaragdus. Herbæ calidæ in primo. Absinthium, borago, fumus terræ, eupatorium, sticados, coriandrum, ozimum, spica cel. camomilla, tribulus, cuscutæ, spica nardi, altea.

Flores calidi in primo. Camomillæ, enulæ, lilij, alteę.

Semina calida in primo. Alteæ, trifolij, sisami, ocimi, attriplicis, cuscutæ.

Radices calidæ in primo. yreos, aristologiæ vtriusque, agarici.

Frondes calidi in primo. Lauri, camomillæ, aristologię vtriusque.

Fructus calidi in primo. Amigdalæ dulces, iuiubæ, mirobalani citrini, mora matura, oliua matura, canna mellis.

Lignũ calidũ in primo. Phu, idest valeriana.

Grana calida in primo. Tritici, rizi, cardamomum, cicer album, orobum, cubebæ.

Succus

Succus calidus in primo. Aloe, laudanum sarcocolla, storax.

Venæ calidæ in primo. Nitrum album.

Cernes calidæ in primo. Porcina, camellina, vrsina, passerum iuuenum, anatum, fasianorum, equina, pullina.

HERBÆ calidæ in secundo. Polium, amomum, affodili, prassium, catapucia, anetum, aloe, centaurea, ciperi, menta, fœniculus.

Semina calida in secundo. Semen apij, aneti, pastinacæ, rafani, croci ortensis, balsamitæ, fœnugræcum, vrticæ, dauci.

Flores calidi in secundo. Flores croci ortẽsis, bulbi, affodili.

Radices calidæ in secundo. Radix apij, acori, squillæ, peoniæ, fœniculi, capparorum, assari, ciperi.

Ligna calida in secundo. Rheubarbari, xilobalsami, garum, ligni aloes, corticum thuris.

Folia calida in secundo. Folia citri, senæ, tamarisci.

Fructus calidi in secundo. Nuces muscatæ, macis, vuæ maturę, fici, dactili, amigdalæ amarę, vuę passulæ, ficus siccæ, nuces.

Grana calida in secundo. Cautebrum, luxim, cicer niger, faseoli, grana citri.

Gummæ & succi calidi in secundo. Aloes, mel, mastix, mirra, lacca, balsamũ, thus, bdellium.

Venæ calidæ in secundo. Sal gemma.

Super-

Superfluitates animalium calidæ in secun-
.Muscus, vrina, ambra.

HERBÆ calidæ in tertio. Enula, siseleos,
ericon, camepitheos, sansucus, calamẽtum,
iganum, ruta domestica, apium, thimum, ca-
edreos, ysopus, mentastrum, pulegium, porrũ,
uinantum.

Semina calida in tertio. Petroselini, ameos,
isi, cardamomi, carui, epithimi, nigellæ, cimi
, sileris, rutæ domesticæ, erucæ,

Flores calidi in tertio. Sambuci, squinanti.

Radices calidæ in tertio. Enulæ, meu, idest
ucedani, squinanti, diptami, cęparũ, ellebori
riusque, hermodactili, serpentariæ, cẽtaureę,
ronici.

Calidæ in tertio. Gentiana, polipodium, cas-
a lignea, turbith, galanga, piper longum, cina-
omum, costum.

Folia calida in tertio. Oleandri, nucis, collo-
uintidæ.

Fructus calidi in tertio. Nux muscata, catha-
ucia, colloquintida, cucumer asininus.

Grana calida in tertio. Piper longum.

Gummæ & succi calidi in tertio. Isopus hu-
ida, pix naualis, assa fętida, gummi iuniperi,
ppoponacum, galbanum, scamonea, serapinũ,
uforbium, pix liquida, armoniacum.

Venæ calidæ in tertio. Magnes, sal gemma,
numia, nitrum.

HERBÆ calidæ in quarto. Ruta ſilueſtris, naſturtium, napellus.

Semina calida in quarto. Sinapis, cęparũ, rutæ agreſtis, naſturcij.

Lignum calidum in quarto. Tapſia, piretrũ.

Fructus calidi in quarto. Anacardum.

Grana calida in quarto. Piper nigrum, baccæ lauri.

Venæ calidæ in quarto. Argentum viuum, calx, flos æris, vitriolum, æs vſtum, ſulfur, ſal armoniacum.

De frigidis.

HErbæ frigidæ in primo. Mercurialis, ſcariola, malua, caulis, endiuia, acetoſa, iuniperi.

Semina frigida in primo. Maluę citoniorũ, plantaginis, ſcariolæ, melonis, cucurbitæ, roſarum, cucumerum.

Flores frigidi in primo. Roſarum, pirorum, amigdalarum, ſalicis, malorum.

Fructus frigidi in primo. Glandes, oliua immatura, ceraſa, pruna, pira, tamarindi, coctana, omnes mirabolani.

Grana frigida in primo. Amidum, fabæ, panicum, ordeum.

Succi frigidi in primo. Acacia, acetum.

Venæ terræ frigidæ in primo. Bolum armenum, litargirum, chimolea, cachimia, lateres, argilla.

Carnes

Carnes frigidæ in primo. Porcina, leporina,
prina, ceruina, coturnicis, caro piscium recē-
im, bouina, mulina, asinina.
HERBÆ frigidæ in secundo. Memithe,
ntafilon, psilium, lactuca domestica.
Semen frigidum in secundo. Lactucæ do-
esticæ.
Flores frigidi in secundo. Violarum, nenufa-
, balaustiarum, fabarum.
Radices frigidæ in secundo. Meli granati,
noglosę.
Folia frigida in secundo. Folia salicis.
Fructus frigidi in secundo. Galla immatura,
isomilla, mora, persica, cucumeres, citrulli,
rbæ, melones.
Grana frigida in secundo. Berberis, sumach,
toniorum.
Gummæ & succi frigidi in secundo. Draga-
anti, gummi arabici.
Venæ frigidæ in secundo. Lapis emathitis,
azuli, alumen, cerusa, plumbum.
HERBÆ frigidæ in tertio. Virga pastoris
emperuiua, ypoquistidos, portulaca.
Semina frigida in tertio. Psilij, portulacæ, pa
paueris albi.
Flores frigidi in tertio. Papaueris albi.
Ligna frigida in tertio. Sandali.
Fructus frigidi in tertio. Poma mandragorę.
Gummæ & succi frigidi in tertio. Campho-

ra, ſanguis draconis, ſuccus hipoquiſtidos.

Venæ frigidæ in tertio. Gipſum, ſpodium, ferrugo.

MEDICINÆ frigidæ in quarto. Semen iuſquiami, opium, antimonium, argilla, thuris, papaueris nigri.

De ſiccis.

HErbæ ſiccæ in ſecundo. Abſinthium, virga paſtoris, cinabrium, porrum, eupatorium, raphanus, anetum, pentaphilon, catapucia, ozimum, coriandrum, ſcariola, cuſcutæ, ſpica celtica, memite, naſturcium, fumus terræ, aphodillus, caparis, menta.

Semina ſicca in ſecundo. Apij, coriandri, acori, plantaginis.

Flores ſicci in ſecundo. Roſarũ, crocalæ, croci orẽnſis, balauſtiarum, aphodilorum.

Radices ſiccæ in ſecundo. Apij, aſſari, fœniculi, ariſtologię longæ, arnogloſſæ, rheubarbari, cinamomi, ſarum, tamaras, ebanum, omnes ſandali, peucedani, ideſt mei, peoniæ, mali granati, ſquillę, agarici, phu.

Frondes ſiccæ in ſecundo. Salicis, vitium, oliuæ, citri, oleandri, colloquintidarum, ſerpentariæ, lauri.

Fructus ſicci in ſecũdo. Glãdes, citri, amigdalæ amaræ, ſorbæ, neſpila, coctana pira, nux muſ. mirobalani, mora immatura.

Grana ſicca in ſecundo. Panicum, berberis,

milium,

ilium, lupini, anisi.
Gummæ & succi sicci in secundo. Aloes, vi-
um nigrum, mastix, armoniacum, galbanum,
alsamum, mel, thus, mirrha.
HERBÆ siccæ in tertio. Folium siseleos,
ulegium, timum, hipericon, hyssopus, calamē-
um, origanum, squinantum, hipoquistidos, ru-
domestica, prassium.
Semina sicca in tertio. Petroselini, cimini, vr
cæ, ameos, carui, nigellæ, rutæ domesticæ, cor-
umeni, raphani.
Radices siccæ in tertio. Squinantum, elebori
triusque, diptami, termentillæ, hermodactili,
rpentariæ.
Ligna sicca in tertio. Gentiana, costũ, tapsia,
assia lignea, turbith, piper longum, galanga.
Gummę & succi sicci in tertio. Acacia, assa fę
da, scamonea, oppoponacũ, euphorbiũ, hipo-
uistidos, serapinũ, gũma iuniperi, pix omnis.
Venæ siccæ in tertio. Magnes, nitrum, sal gē-
na, mumia, castoreum, aspaltum, ferrugo, sapo.
HERBÆ siccæ in quarto. Ruta siluestris,
asturtium.
Semina sicca in quarto. Sinapis, nasturtium,
papauer nigrum.
Lignum siccum in quarto. Piretrum.
Fructus sicci in quarto. Anacardi, piper nigrũ.
Venæ siccæ in quarto. Calx, vitriolum, flos,
ris, sulfur.

De humidis.

HErbę humidæ in primo. Enula, mercurialis, borago, lactuca.

Semina humida in primo: Alteæ, pastinacæ, attriplicis.

Flores humidi in primo. Fabarũ, faseolorũ.

Ligna humida in primo. Liquiritię, mora matura, iuiubæ, vua matura, cãna mellis, amigdalarum dulcium.

Gummæ humidæ in primo. Dragantum, laudanum, bdelium.

Venæ humidæ in primo. Plumbum, chachimia auri & argenti.

HERBÆ humidæ in secundo. Altea, portulaca, atriplex, psilium, malua.

Semina humida in secundo. Maluæ, portulacę, nenufaris, sisami.

Fructus humidi in secundo. Persica, cucurbitæ, melones, citrulli, cucumeres.

DE HVMIDIS in tertio. Semen papaueris albi, florum violarum.

De canonibus obseruandis in compositione medicinarum. Cap. IIII.

MEDICINARVM temperatarũ nõ est determinata dosis, ex quo quanto plus de illis exhibetur, tanto maior sequitur confortatio, ex quo sequitur quòd omni

ora licet Medico exhibere medicinam tempe-
ratam, siue ab intra, siue ab extra. ab intra si tole
at stomachus & educta repletione. ab extra ve-
ro faciẽdo epithemata circa cor. ita tamẽ quòd
omne epithema determinat propriam qualitatẽ
sibi & dosim. & determinabitur in capitulo pro
prio de epithematibus.

Secundus canon.

Nulla frigiditas sensibiliter lædens aliquod
membrorũ corporis humani potest sufficiẽter
expelli per aliquam medicinam simplicem cali-
dam in primo, neque per medicinam ex his cõ-
positam ex eo, quòd quando componitur medi-
cina ex his medicinis supradictis, non resultat
medicina potens in calefaciendo vltra gradum
primum.

Tertius canon.

Frigiditas percepta in corpore humano non
notabiliter lædens corpus humanũ, potest suf-
ficienter expelli per istas medicinas.

Quartus canon.

Oportet Medicum prudentem volentem ex-
pellere malam complexionem frigidam existen
tẽ in corpore humano, primo incipere ab istis
medicinis supradictis. deinde ascendere ad for-
tiorem, quoniam non est determinatus gradus
frigiditatis peccãtis. cum vero viderit Medicus
ista non proficere, signum est frigiditatem pec-
care maiori gradu, quàm in primo.

Quintus canon.

Nihil deterius eſt Medico applicare ex multis ſupradictis, ex quo remittitur virtus vnius a virtute alterius propter frigiditatem admixtá. Ex quo ſequitur correlarie, quòd optimum eſt perficere receptas breuiores quàm poſſit.

Sextus canon.

Licet medicinę ſupradictæ poſſint multipliciter applicari, puta, aut applicando earũ aquas, aut eas puluerizando, aut ex his componendo ſyrupos. Nihil eſt melius quàm eas localiter applicare, mediante ſacculo, epithimate, vel embrocatione.

Septimus canon.

Ad remouendum ventoſitatem, & ad reſoluendum nihil melius eſt, quàm in primo applicare has medicinas ſimplices, calidas in primo. Quandocunq; ſunt duæ medicinæ concurrentes ad compoſitionem tertię, & vna ſit debilis virtutis, & altera fortioris virtutis, debet Medicus componens ponere maiorem quantitatem medicinæ debilis reſpectu quantitatis medicinę fortis, vt eſt comparando camomillam ad euphorbium.

Octauus canon.

Medicus abſolute debet ponere paucã quantitatem medicinę, quę eſt velocis operationis in componendo quamlibet medicinam. medicina autem dicitur velocis operationis, quę ſiue fuerit

t sumpta in parua quantitate, siue in ma-
na, facit propriam operationem, vt sunt frigi-
a in quarto, vt opium, & etiam calida in quar-
. Ex quo sequitur correlarie quòd non licet
ansce͂dere quantitate͂. scrupuli in dando medi
nam opiatam simpliciter, & notãter dico sim
iciter: quoniam sunt aliquę medicinæ opiatę,
e quibus medicus potest dare vsq; ad drag. 2.
: philonium, & requies: sed ista dicuntur opia-
. correcta aliqualiter.

Nouus canon.

Medicus debet operari cum medicina simpli
i. exempli gratia, exhibendo camomillam in
emouendo dolorem ex ventositate. Et si istæ
on prosunt, debet venire ad medicinam com-
ositam ex medicinis supradictis, quibus stanti
us aduertendum est, quòd licet medicinæ su-
rascriptæ possint applicari vno modo, ex his
onficiendo syrupos, vt declarabitur de modo
omponendi syrupos, inferius. Posset etiam ap-
licari dando ex his pilulas, vt inferius patebit:
amen applicando eas localiter est melius, vt de
laratum est hoc modo, aut conficiendo epi-
hima, aut embrocationem, & hoc, aut cum
pongia, aut cum sacculo: primum & secun-
dum declarabitur inferius. Pro tertio no-
tate, quòd quadrupliciter a Medico applica-
tur sacculus, vno modo faciendo ex his sac-
culum stomachalem, alio modo faciendo
ex

ex his ſacculum capitalem. tertio modo faciendo ex his ſacculum cordialem. quarto modo faciendo ex his ſacculum vniuerſalem reſpectu cuiuſcunq; partis corporis humani. Et differũt iſti ſacculi ex parte modi componendi, & ex parte figuræ & formæ. Ex parte componentium hoc modo, quia ſi Medicus facere debet ſacculũ capitalem, debet facere ipſum ex medicinis reſpicientibus cerebrum, vt ſticados, maiorana, & huiuſmodi. vt dicetur inferius. Similiter vero debet facere ſacculum cordialem ex medicinis reſpiciẽtibus cor. Sed hic nota, quia nil melius in faciendo ſacculum cordialem pro confortatione cordis, quàm facere ipſum ex medicinis temperatis, & ideo practicantes volentes facere ſacculum cordialem, componunt ipſum ex ſpeciebus temperatis cordialibus, aut ex ſpeciebus electuarij de gemmis, & huiuſmodi. Similiter diuerſificantur alij ſacculi ſecundum diuerſitatem membrorum læſorum.

Differunt etiam iſti ſacculi ex parte figuræ, quia ſacculus capitalis debet eſſe figuræ oblongæ, dummodo non tranſcendat longitudinem ſex digitorum, ſ. ad modum quadranguli, cuius duo latera æquantur, & alia duo non æquantur: ſecundum autem latitudinem non tranſcendat quantitatem quatuor digitorum, & hoc menſuratur ad modũ mẽſuræ primæ. Sacculus aũt ſtomachalis debet eſſe triangularis figuræ ſcutalis.

Et

Et similiter cerotum stomachale, cuius ceroti stomachalis acuta pars tangat os stomachi: pars vero obtusa debet vergere versus inferius. Sacculus cordialis debet esse quadratus secundum angulos æquales: aliquando tamen sacculi fiunt vt plurimũ oblongi, & ita sacculi ad hepar fiũt, & sic alijs de membris. Longitudo autem sacculi cordialis est vsq; ad 8. digitos, latitudo vsque ad 5. Differunt tertio isti sacculi: Nam sacculus capitalis & cordis, vt plurimum fiunt ex pulueribus & medicinis pulverizatis. alij autẽ fiũt ex herbis paulatim cõtusis, aut ex seminibus, aut ex folijs, aut succis: vt patebit inferius, vbi determinabitur de dosi propria quam debet habere Medicus componendo istos sacculos. Et vt ista melius intelligantur: nota quòd postq medicinas calidas in primo requiruntur medicinæ calidæ in secundo supratactæ &c.

De medicinis respicientibus humores tam solutiuis, quàm alteratiuis continens rubricas 13. Cap. V.

POSTQVAM declaratũ est quæ sunt medicinæ simplices, quibus vtuntur medici in componẽdo syrupos, medicinas laxatiuas, vnguenta, emplastra &c. Nunc restat vt incipiamus dosare vnãquamq; medicinam. Et primo dosabuntur medicinæ digestiuæ. Secundo

cundo medicinę laxatiuæ. Tertio cõfectiones. Quarto epithemata, Quinto embrocationes. Sexto vnguenta. Septimo emplastra. Octauo cerota. Nono trocisci. Decimo rob.

Quantum ad primum de dosatione medicinarum digestiuarum notandum, quòd medicinæ digestiuæ exhibentur sub duplici forma, quædam exhibentur sub forma syruporum, & illæ sunt duplices, quædam sunt magistrales, & quædam consuetæ. Quædam autem exhibentur sub forma aquarum, & illæ sunt duplices, aut exhibendo aquam distillatam, aut exhibendo aquam, in qua fuit decoctio medicinarũ ad propositum Medici.

Si autem Medicus voluerit dare syrupũ cõpositum, teneat hanc regulam firmam & solidã, quòd non licet transcendere vnc. 2. syrupi, licet dosis consueta sit vnc. 1. s. neque transcendere vnc. 3. aquarum pro quaq; vice.

Secunda regula est, si voluerit syrupum clarificare, vt efficiatur magis placidus assumenti, debet assumere sub duplam quantitatem vltra quantitatem supradictam, vt facta clarificatione, & resolutione per ignem, maneat in debita dosi. Et similiter intelligendum de syrupis & aquis miscendis cum syrupo.

Tertia regula, quòd melius est dare syrupos non clarificatos: quoniam melius operantur, & hoc stante materia acuta.

Quarta

Quarta regula, quòd sicut dictum est de clarificatione: ita dicendum est de aromatizatione, quòd si Medicus voluerit facere syrupũ aromatizatum, accipiat quantitatem descriptam in secunda regula, vt facta aromatizatione remaneat debita dosis. Et vt melius declarentur, limitemus exemplum in vnaquaque parte.

De syrupis *Rub.* *I.*

ET primo incipiamus a syrupis respicientibus stomachũ, quibus practicantes vtuntur, qui sunt duplices, quidam respiciunt materiam frigidam, quidam calidam. Syrupi respiciẽtes materiam calidam sunt isti, rosatus violatus, iulep rosatum, de endiuia, geleniabin. Syrupi respicientes caput lapsum ad calidum sunt isti, syrupus de nenufare, diarodon, quem ponit Mes. violatus etiam. Syrupi respicientes materiam frigidam sunt, syrup. de absinthio, de mentha, oximel squilliticum &c. Syrupi respicientes materiam cholericã calidam in splene sunt syrupi de epithimo, thimo, eupatorio, bizantiis. Syrupi respicientes materiam frigidam in capite sunt de sticados, oximel compositum, de absinthio, &c.

Similiter sicut dictum est de syrupis, ita dicendum est de aquis, quòd aliquæ respiciũt stomachum, aliquæ caput, aliquę splenem, &

sic

ſic de aliis. Ex quo ſequitur iſta regula, quòd medicus volens ordinare ſyrupum, debet aſſumere aquam appropriatam membro, cui proportionatur ſyrupus, verbi gratia. accipiens medicinam ſtomaticham, debet aſſumere aquã ſtomaticham, & hoc quãtum ad ægritudinem ſimplicem. Si vero ægritudo eſſet compoſita, diuidat ſyrupũ & aquas: ita tamen quòd maior quãtitas reſpiciat deteriorem ægritudinem: minor autem quantitas minus malam ægritudinem: vel faciat quòd ſyrupus reſpiciat vnam, & aqua aliam, ſed melius eſt vt diuidatur. Exempli gratia volo remouere diſpoſitionem ſtomachi frigidam diſponendo materiam cum hoc, quòd iſta diſpoſitio non ſit per viam communitatis: quoniam oporteret Medicum reſpicere membrum mandans cum aliqua parte ſyrupi, vel cũ aliqua parte aquarum. vt Rec. ſyrupi de abſinthio vnc. 1. ſyrupi de mentha vnc. s. aut oximellis ſquillitici. ſi materia fuerit multum groſſa, vnc. s. aquarum abſinthij, menthæ an. vnc. s. miſce pro vna vice. In lapſu calido. Rec. ſyrup. roſ. vnc. 1. ſyrup. violati vnc. s. aquarum violarũ endiuiæ. an. vnc. 1. s. Notandum tamen, quòd iſta debet eſſe vobis regula infallibilis, quòd in quacunque paſſione ſiue calida, ſiue frigida fuerit, ſi Medicus voluerit dare ſyrupum, bonum eſt vt miſceat aliquam aquam cordialem, vt eſt aqua melliſſæ, aqua bugloſſę, &c. vt melius actue

tur

tur syrupus, & confortetur virtus. exempli gratia, volo dare syrupum in passione capitis a materia frigida sic dicta. Rec. syru. de sticados vnc. 1. oximellis compositi vnc. 1. aquarum saluiæ vnc. 2. buglossæ vnc. 1. & ille est partim cordialis, & partim capitalis.

Dictum est de syrupis vsualibus, dicendum est de syrupis magistralibus.

ET primo notandũ, quòd omnis syrupus cõpositus ex varijs medicinis respiciẽtibus varias ægritudines appellatur syrupus magistralis, verbi gratia. si quis componeret syrupum ex absinthio & sticados sumptis in ęquali quantitate, resultaret syrupus conueniens stomacho propter absinthium, & capiti propter sticados, & notanter dictum est, si syrupi fuerint in ęquali quantitate, aut in parum minori: quoniam si assumeretis sticados in 1. scrup. & absinthium in magna quantitate in 1. M. ex illis resultaret syr. stomachalis, & non capitalis.

Notandum secundo, quòd nil est melius medico quàm componere syrupum magistralẽ in ægritudinibus compositis. patet, quia mediante isto syrupo habebit intentionem ad plures passiones. Exempli gratia mulier patitur malã dispositionẽ matricis ex materia phlegmatica, & malam dispositionem stomachi ex eadem materia, ponendo ex absinthio & matricaria, resultabit medicina conueniens ambabus passionibus.

Tertio

Tertio notandum eſt, quòd Medicus volens componere ſyrupum magiſtralem, debet aduertere pro regula firma & coſtanti, quòd omnes 4. M. herbarũ huius decoctionis requirũt, libr. 1. mellis, quod ſit deſpumatum: aut tantundẽ zucchari ſi volueris facere iulep. exempli gratia volo componere ſyrup. magiſtralem reſpicientem ſtomachum, & cerebrum lapſa ad lapſum frigidum, ſic dicam, Rec. abſinthij, florum lambruſcæ, mentę, radicum fœniculi, an. M. s. maioranę, ſaluię, betonicæ, euphragiæ. an. M. s. bulliant vſque ad conſumationem: deinde adde mellis diſpumati lib. 1. miſce, & fiat ſyrupus.

Nota quarto, quòd ſi Medicus voluerit componere ſyrupum ex herbis & pulueribus, puta in ſyrupo pręcedenti ponendo coriandrum, & aniſum &c. primo debet facere vt faciat decoctionem herbarum magnam pręcedere: deinde miſceantur pulueres, deinde addatur quantitas mellis.

Quinto notandum eſt, quòd Medicus volens componere ſyrupum magiſtralẽ ex multis medicinis, non debet determinare doſim determinatam mellis, ſed in fine addatur mellis libr. 1. & med. & hoc ſi aromatarius fuerit peritus: ſi vero non, declinet potius ad maiorem quàm ad minorem quantitatem. Ex quibus patet correlarie differentia inter iulep & ſyrup. Iulep enim fit ex aqua diſtillata & zuccharo: & ſyrup. fit ex

decoctio-

decoctione et melle.

Secundum correlarium, magis digestiuus est syrupus, quàm iulep ex quo dicitur, esse maioris virtutis.

Sexto notandum est, quòd aliqui dosant syrupum magistralem aliter sic facientes. Primo faciunt decoctiones de medicinis appropriatis sibi: deinde capiunt decoctionem in tanta quantitate, quanta sibi videtur imaginãdo, quòd quęlibet libra decoctionis requirit lib. s. mellis despumati. Exempli gratia hoc volo componere syru. cordialem, sic dicam. Rec. buglossæ, boraginis, melissæ, an. M. 1. corallorum rub. nucis mus. margaritarum non perforatarum, ossis de corde cerui. an. dra. 1. fiat decoctio, quo facto, addatur libr. 1. decoctionis, libr. med. mellis, misce & fiat syrupus. Ex quibus sequitur correlarie differẽtia inter syrupum, decoctionem, & iulep, quia iulep & syrupus præsupponũt mel, vel zuccharum: decoctio autem non: nisi Medicus artificialiter faceret, quod decoctio esset magis amabilis ægrotanti.

Septimum notandum, si medicus vult facere syrup. magistralem respicientẽ duas passiones, quarum vna sit deterior altera, debet capere maiorem quantitatem medicinarum respicientiũ deteriorem, minorem quantitatem respicientem alteram. Exempli gratia, si quis pateretur dolorem stomachi, & dolorem capitis, & dolor

ſtomachi eſſet deterior & intenſior, medicin
ſtomachales deberent aſſumi in maiori doſi,
maxime ſi membra fuerint æqualia in nobili
tate. Et notanter dico, quia ſi quis pateretur d
lorem cordis paruum, & dolorem inteſtinor
tamen debet aſſumere medicinas cordialis i
maiori doſi. Correlarie ſequitur Medico volē
te digerere, melius eſt exhibere aquam decocti
nis, quàm aquam diſtillatā: quia eſt maioris vir-
tutis. ſicut dicitur de his, pari ratione dicetu
de aliis quantum ad exhibitionē & doſim aqua-
rum diſtillatarum, & aquarum decoctionis de-
bent ſeruare hanc regulam. Non licet Medic
danti aquam diſtillatam, vel aquas decoctionis
tranſcendere 6. vnc. pro vna vice, & minus ſecū
dum complexionem patientis & ætatem. Corre
larium, minor quantitas vnc. eſt exhibenda pue
ro, vel infanti, patet per præcedentem.

Pro ampliori notitia terminorum quæ dicta
ſunt, nota quòd ſyrupus magiſtralis poteſt cō-
poni ex herbis, lignis, radicibus, ſeminibus, gū-
mis, ſuccis, & aliis, & quàm variis medicinis: &
ideo Medicus debet habere in ordinando ſyru.
magiſtralem hanc regulam ſolidam, quod her-
bas deſcribat per manipulos, aut partes manipu
lorum, vt eſſet dicere partem s. & partem 3. Ra-
dices autem debet deſcribere numero, vt Rec.
alteæ radicē vnam, vel duas. Ligna ſemina, fru-
ctus poſſunt deſcribi dupliciter, aut, vt deſcribā

tur

ur cum manipulis, vt esset dicere. Rec. cinamo mi, fęnic. fenugræci, an. M. 1. Sed verior modus est quo vtuntur practici, vt semina ligna habeāt ordinari cum ponderibus determinatis, videlicet, aut per vnc. aut per dragm. aut per scrup. secundum medicinæ necessitatem, vt esset dicere. Rec. cicoreæ. M. 1. sandalorum alborum vnc. 1. &c. Fructus aūt describātur cū manipulis vt esset dicere prunorū M. 1. aut cum numero determinato, vt esset dicere ficcū siccarū numero 10.

Notādum est, quòd Medici practicantes vtūtur istis terminis in ordinando partē s. partē 3. &c. quę vt intelligatur, sit hic vobis talis regula, quòd quandocunque reperimus istos terminos partem s. partem 3. quod semper debet referri ad partem præcedentem, vt si præcedat M. vt esset dicere. Rec. seminis cucurbitæ, mellonis, acetosę, an. partē. s. debet intelligere ꝙ intelligātur semina melonis, & semina acetosę 1. M. Si vero aliquod ordinatur absolute nō præponēdo neque postponendo aliqua limitādo, debetis intelligere de his absolute, vt esset dicere. Rec. mellissæ, acetosæ. debetis intelligere accipiēdo acetosam in herba, & non aliam substantiam.

Tertio vero caueat Medicus inquantum possit componere syrupum magistralem ex herbis siccis, & hoc est quod volunt practicantes quando dicunt. Rec. mellissę viridis, & hoc habet locum quando Medicus vult facere syrupum ex

 herbis.

herbis, Si. n. vellet facere ex ſeminibus aut li-gnis, aut ex venis, aut ex radicibus, & huiuſmo-di, non eſt vis vtrum recipiantur in ea viridia aut ſicca.

Quarto nota, quòd canones prædicti, quos debet obſeruare Medicus in componendo ſyru-pum magiſtralem debet conſeruare in conficien-do rob: ſed in hoc eſt diuerſitas, quoniam in ſy-rupis fit decoctio ex herbis, aut ex medicinis prædictis. Rob autem conficitur ex ſuccis, ſicut eſt rob de nucibus, & alijs: pro cuius confectio-ne ſeruentur iſtæ regulæ. Prima regula eſt, Medi-cus volens ordinare rob, non debet determina-re pondus ſuccorum cum manipulis, ſed libr. vnc. aut ponderibus inferioribus, &c. vt eſſet di-cere, Rec. ſucci menthæ libr. 1. vel vnc. 6. Secun-da regula, quòd quęlibet lib. ſucci requirit vnc. 6. mellis, aut zucchari, aut ad minus v. quod de-bet præparari eo modo, quo præparatur ſyrup. magiſtralis, ita quòd mel & zuccharum pona-tur poſt decoctionem ſucci, ſicut in ſyrupis po-nitur poſt decoctionem factam, vt dictum eſt. Tertia regula, fortioris alterationis & digeſtio-nis eſt rob, quàm ſyrupus, patet, quia ſuccus eſt maioris actiuitatis, quàm decoctio. Quarta re-gula, Medicus magis debet vti ſyrupis, quã rob, patet, quia ſyrupi ſunt magis amabiles ægrotan-ti, quàm dicatur eſſe rob. Quinta regula, licet præcedens regula in paſſione vermium & in op-

pilatio-

ationibus Medicus, si potest, magis debet vti o, quàm syru. Correlarium, licet magis sit ditiuum rob, quàm syrupus, maioris tamen alationis est syrupus, quàm rob, patet, quia suboris substantiæ & subtilioris penetrationis. orrelarium secundum, nihil est magis conuens ad digerendum materiam peccantem in notis, quàm dicatur esse rob, & antiqui vteitur eo propter fortitudinem stomachorum rotantium.

Pro intellectu eorum, quæ dicta sunt, sequir hæc regula, quòd Medicus volens exhibere u. magistralem, non debet transcendere quan atem 2. vnc. addendo vnc. 3. aquarum secunm intentionem suam, vt dictum est de syru- vsualibus.

De medicinis solutiuis tam simplicibus, quàm compositis. Rub. II.

Equitur mō de secundo principali. s. de medicinis educētibus, & q̄a illæ sunt duplices, quædā lenitiuæ, q̄dā laxatiuæ: & lenitiuę, vt ssia, māna, diacassia, electuariū de sebestē, & hu modi, quæ possunt exhiberi dupliciter: vno odo exēpli gratia, vt exhibendo cassiā in can- alio modo dando ipsam extractā, quæ distēpe ur cum aqua. Similiter electuariū de sebestē,

aliquando damus ſine aqua, vt dando ipſum a
comedendum, & illæ medicinæ non habent h
ram determinatam, poſſunt enim exhiberi qua
libet hora dummodo exhibeantur ante cibum
ex quo ſequuntur iſtæ regulæ. Prima Medicu
volens exhibere caſſiam in cannam, tranſcende
re non debet quantitatem 1. vnc. cum dimidia
Secunda Medicus exhibendo electuarium de ſ
beſten, aut diacaſſiam tranſcendere non debe
quantitatem vnc. 1. aut ad plus vſq; ad drag. 10
Tertia regula Medicus volens exhibere manna
poteſt ipſam exhibere vſque ad vnc. 1. & med
& maxime ſi voluerit cum ea euacuare humor
cholericum &c.

Medicinarum autem laxatiuarum, quædam
ſunt ſimplices, quędam compoſitæ: ſimplices re
periuntur in quadruplici ſpecie, quædam reſpi-
ciunt humorem cholericū, quædam humorem
phlegmaticum, & quædam ſanguineū, & quæ-
dam melancolicum. Exemplum primi, aloes, ſca
monea, fumus terræ, rheubarbarum, aqua caſei,
mirabolani, tamarindi, pſilium, & huiuſmodi.
Ex quo ſequuntur iſtæ regulæ.

DE ALOE Prima, Medicus volens exhibe-
re aloem, debet exhibere ipſum non tranſcendē
do drag. s. dummodo hos canones ſeruet. Pri-
mus aloes poteſt exhiberi lotus & non lotus, &
melius eſt vt exhibeatur lotus; ex lotione. n. re-
mittitur eius acuitas, quæ nocet inteſtinis. Secū-
dus

canon, in passione hepatis non debet dari
es, ex quo sequitur quòd in passione ydropi-
non conueniunt pillulæ de aloes. Tertius ca-
n, patientibus fluxum sanguinis, siue hemor-
dalis sit, siue intestinalis, siue menstrualis, si-
pectoralis, non debent dari propter fracturã
æ pillulæ de aloe, vel aloeticæ.
DE SCAMONEA Secunda regula, Me
us volens exhibere scamoneam, non debet
ascendere quantitatem s. scru. siue gra. 3. Ca-
sequens, caueat Medicus, vt non exhibeat sca
neã, quæ non sit correcta, ex quo sequitur,
d licet medico dare in aliquo corpore sca-
neã correctam vsque ad quantitatẽ scrup. 1.
DE FVMO TERRÆ Nota primo, ꝙ
nus terræ datur, & dari potest tripliciter, aut
do eius aquam distillatam, aut dãdo eius de-
tionem, aut dando eius succum. Fumus ter-
latus primo & secundo modo est medicina
tiua, tertio modo est laxatiua medicina data
notabili dosi. Prima regula, Medico volenti
ibere fumum tertio modo non debet tran-
dere quantitatem vnc. 2. & ita est dicendũ
ucco foliorum persici, seu de floribus eius.
DE REVBARBARO Notandũ quòd
barbarum potest dari dupliciter. Vno mo
dando ipsum in forma propria. Alio modo
do ipsum torrefactum vel assatum.
Pro primo seruentur isti canones. Primus est

Medicus volens dare reubarbarum in forma propria, ſiue det ipſum in forma liquida, vel pillulari, non debet tranſcendere drag. 1. s. Secunda regula, caueat Medicus dare reubarbarum ſine ſpica, aut ſquinanto, hoc modo limitando, quòd quælibet drag. reubarbari requirit ſcrup. s. ſui correctiui, ſ. ſpicæ, aut ſquinanti. Tertia regula. Medicus dans reubarbarum diſtemperatum cum aqua, debet admiſcere modicum vini boni vinoſi, hoc modo limitando, ſi dederit drag. 1. s. reubarbari, & ſcrup. 1. vini.

Quãtum vero de ſecundo, ſcilicet de reubarbaro torrefacto, quod totaliter torrefit, capiatur reubarbarum, & ponatur ſuper aliqua re ſubtili ferrea, & tũc applicetur igni, & permittatur ſtare per aliquantulum donec calefiat, & torrefiat, hoc eſt aliqualiter torrefiat, quòd cum fuerit taliter præparatum, excedit omnes medicinas in fluxu cholerico, hepatico, & diſſenterico.

Prima regula, Medicus dans reubarbarum torrefactum poteſt dare ex eo vſque ad dragm. 2. & communiter doſis eſt drag. 1. & med. Secunda regula, quòd Medicus dans tale reubarbarum, non debet miſcere ſpicam, ſeu ſquinantũ torrefactum &c.

DE AQVA CASEI nota, quòd aqua caſei ab aliquibus vocatur correctiuũ reubarbari: ita quòd volẽti dare reubarbarũ ſemper dat ipſum cum aqua caſei: quod tamen non commendo.

Si

Si tamẽ Medicus voluerit sic facere, transcẽdere caueat drag.1.reubarbari, & vnc.2.aquæ casei.

Nota, quòd aqua casei est duplex, quædam est subtilis, & dicitur serum caprinum. est & medicina lenitiua & laxatiua, quædam est grossa,& de ista facit mentionẽ Mes. in cap. de aqua casei,quomodo debet præparari. Prima regula, Medicus volens dare aquam casei puram potest dare vnc. v. pro qualibet vice, & illa aqua magis respicit humorem adustum. Secunda regula, Medicus volens dare aquam casei secundo modo, non debet transcendere vnc.2.

TAMARINDI autem licet possint dari multipliciter, & sub forma pulueris, & sub forma pilularum, practicantes tamen dant ipsos in infusione, & ita debet fieri, pro quo nota regulas. Prima regula, ante quam ponantur tamarindi in infusione aquæ valentis ad propositum vestrum,vt in aqua endiuiæ, vt in passionibus epatis, aut in aqua menthæ, vt in passionibus stomachi, faciatis tamarindos contundere & rumpere: deinde contusi ponantur in aqua & duas horas dimittantur stare: postea colando adiuuatur donec exeat substantia sua, & sic præparatos exhibeatis. Secunda regula, Medicus dans tamarindos, debet dare miscendo aquam stomachi confortatiuam,quia sunt nauseatiui. Tertia regula,Medicus dare potest tamarindos vsque ad quantitatem drag.1.

DE

DE PSILIO Nota, quòd psilium potest dari tripliciter, vt dictum est de fumo terræ, aut dando eius aquam distillatam, aut puluerem, aut succum : & circa exhibitionem ipsius seruetur modus declaratus per totum, sicut de fumo terræ. verum tamen sub dupla quantitate psilij, s.1. vnc. erit laxatiua, sicut vnc. 1. & s. fumi terrę, in alijs autem seruetur vt supra &c.

DE MEDICINIS compositis materiã colericam soluentibus. Notandum, quòd quędam sunt compositæ in forma pilulari, quædã in forma electuarij: pilulæ autem euacuãtes materiam cholericam sunt pilulę de aloe aureæ, de reubarbaro, pilulę de fumo terrę, & huiusmodi. aliqui addũt pilulas aggregatiuas, quæ licet euacuant materiam communem, cum hoc etiã euacuãt cholericam. Modus autem dosandi tales pilulas est duplex. Primus quo ad numerum. Secũdus quo ad quantitatem. Quo ad numerũ bonum est dare eas in numero impari, vt sequamu rcommunem modum practicantium. Quãtum vero ad quantitatem est, vt non transcendamus pro vna vice quantitatem drag. 1.

Secundo nota, quòd Medicus volens dare pilulas potest eas formare tripliciter, aut cum aqua, aut cum electuario, aut cum syru. hoc modo, gratia exempli, non limitando quantitatem syrupi, aut electuarij. Rec. pilularum de reubarbaro drag. 1. fiant pilulæ 7. cum electuario succi

rosarum,

rosarum, aut cum aqua endiuiæ, aut cum syrupo violato.

Nota quòd pilularum suprascriptarum quædam possunt exhiberi omni hora, vt sunt pilulæ de aloe, quæ possunt dari ante cibum & post, & hoc saltem per horam, in mane & in sero, & non requirunt aliquam custodiam. Aliæ autem prædictæ debent dari in mane ante cibum regulariter operando: ita quod assumens perficiat somnum post sumptionem pilularũ, & hoc per med. horam, & demũ stet per 4. horas stomaco ieiuno, vltimo assumat lauatiuum si expedit: deinde assumat cibum.

Nota quòd Medicus, aut intendit euacuare a capite, aut a partibus remotis, aut a partibus vẽtris. Si a capite, & a locis remotis bonum est, vt pilulæ sint magis duræ, vt longiorem moram faciant in stomacho, & ex consequenti maiorem attractionem. Si vero vult euacuare a partibus ventris, bonum est, vt pilulæ dicantur esse molliores. Et quibus sequuntur correlaria. Malefaciunt Medici dantes pilulas aureas ĩmediate post cibum, aut cœnam in sero. Secundum correlarium non bene faciunt Medici practicantes faciendo reformari pilulas, & dando eas molles in qualibet passione.

Electuaria soluentia humorem cholericum sunt electuarium de psilio, de succo rosarũ, diaphiniconis, quod etiã euacuat materiam communem,

munẽ, electuarium de epithimo, de thimo &c. Catarticum imperiale, quod ponit Nico. oximel laxatiuum, quòd ponit Mes.

Circa modum dosandi ista electuaria nota, quòd illa electuaria possunt exhiberi in forma liquida distẽperando ipsa cum aquis. Alio modo dando ipsa absolute non distemperata &c. Primus modus est magis conueniens in volendo euacuare materiã a partibus stomachi, & a partibus ventris. Secũdus modus est magis conueniens in euacuando materiam a capite.

Nota, quòd hora conueniens pro exhibitione istorum electuariorum est hora, in qua stomachus fuit ieiunus: ita tamen quòd post assumptionem sequatur aliquis somnus, prout videtur astanti Medico.

Nota, quòd Medicus volens distemperare electuarium, non debet transcendere quantitatem, ℥.vnc. aquarum, licet dosis magis cõueniens sit quantitatis vnc. 2. s.

Nota, quòd post assumptionem electuariorũ istorum oportet vt exhibeatur lauatiuum, dando brodium pulli, aut aquam hordei cum zuccaro in quantitate vnc. 6. per 4. horas post assumptionem, deinde stet per. med. horam antequã assumat cibum.

Quinto nota, quòd faciens assumptionem in sero electuarij vtatur ante suppositoriis vel clisteriis ne retentio fæcum habeat impedire operationem

rationem medicinæ. Dosis electuarij de psilio est a drag. 3. vsque ad drag. 5. licet in puero sufficiens sit drag. 2. secundum varietatem corporum. Dosis electuarij de succo rosa. est a. drag. 4. vsque ad 5. Dosis diaphiniconis est vsque ad dragm. 4. & plus & minus secundum ętatem, & complexionem. Dosis electuarij de epithimo est vsque ad drag. 5. & s. similiter de thimo. Dosis catartici imperialis est a drag. 3. vsque ad 5. Dosis oximellis laxatiui est vsque ad drag. 6. quas doses non licet Medico regulariter euacuādo transcendere: varientur tamen secundum diuersitatem corporum &c.

De medicinis vsualibus euacuantibus phlegma. Rub. III.

SEquitur de medicinis vsualibus euacuantibus phlegma: quarum aliquæ sunt simplices, aliquæ compositæ: simplices sunt turbith, agaricus, colloquint. cucumer asininus, mirabo. kebuli, reubarbarū, & hermodactili, sal gēma, eupho. & eupa. & huiusmodi.

DE TVRBITH, Nota, quòd Medicus nullo modo debet dare turbith nisi det ipsum correctum cum zingib. ita quòd quantitas zingib. sit sub dupla ad turbith, Rec. gratia exempli, turbit scrup. 2. zingib. scrup. 1.

Notandum est, quòd optimū est & salutiferū

dando

dando turbith miſcere aliquam medicinam cordialem, ne ex læſione turbith fiat læſio in corde.

Tertio nota, quoniam turbith, communiter mouet dolores ventris: ideo laudant Medici ꝙ poſt aſſumptionē ipſius, fiant calefactiones circa ventrem & ſtomachum cum pannis calidis, non omittendo enema, vel ſuppoſitorium.

Quarto nota quòd doſis turbith eſt a drag. 1. vſq; ad 2. licet Medici communiter non tranſcendant doſim drag. 1. boni ponderis.

DE AGARIGO Nota quòd agaricus eſt medicina familiaris ſi fuerit correctus, ſi vero non fuerit correctus eſt medicina a Medicis excutienda.

Secundo nota, quòd habet duplex correctiuū. Primum vocarur oximel ſquilliticū. Secundū vocatur ſal gemma. Tertium correctiuum addo de mente Gal. vt allegat Meſ. videlicet zingib. Pro quo notate pulchram regulam. aut Medicus exhibet agaricum in forma liquida, aut in forma pilulari, aut pulueris. Si primo modo, melius eſt vt corrigatur cum oximelle, licet poſſit etiā corrigi cum ſal gemma. Si ſecundo modo & tertio, debet corrigi cum ſal gemma, & ēt cum oximelle.

Tertio nota, caueat Medicus dare agaricum niſi miſceatur cum eo aliqua medicina ſtomachalis: quoniam inducit nauſeam, & ideo practicantes laudant quòd aſſumēs agaricum poſt aſ-

ſumptio-

sumptionē debet comedere aliquos coriandros confectos ad prohibendum vomitum, aut bucellam panis infusam in re acetosa, aut infundetur donec prohibitus fuerit vomitus: quare sequitur, quòd bonum est cum agarico misceri cinamomum, aut gariophilos, aut calamum aromaticum, aut masticem, & huiusmodi: dosis autem huius est a drag. 1. & s. ad drag. 2. boni pōderis.

Correctiuum autē detur subtriplum ad agaricū hoc modo, Rec. gratia exempli, agarici electi drag. 1. salis gemmę scru. 1. cinamomi parū, misce, & fiant pilulæ, vel puluis &c.

Et quia aromatarij communiter tenēt agaricum præparatum: ideo practicantes dicūt, Rec. agarici præparati: aliqui dicunt agarici infusi, & in his non est differentia, quia dicendo, Rec. agarici infusi, est dicere. Rec. agarici præparati, quare possumus vtrunque intelligere.

Vltimo nota, quòd agaricus non debet præparari cum oximelle, nisi frustatim incidatur, & permittatur stare saltem per 4. horas.

De COLLOQVINTIDA primo nota, ꝙ colloquintida nullo modo debet exhiberi sine suo correctiuo: vt quod secundum communem sententiam est medicina confortatiua stomachi vt zingib. cinamomum, gariofilus, & huiusmodi, verum quod aliqui ponūt masticem esse proprium correctiuum inter cętera: attamen si velitis scientifice dare colloquintidam, quia de sua

proprie-

proprietate lædit cor omnino optimũ eſt, vt cũ ea non ſolũ miſceatur medicina ſtomacalis, immo etiam cordialis, quam nullo modo omittatis. abſtinendum tamen eſt ab iſta medicina, inquantũ eſt poſſibile, quoniam eſt medicina quæ euacuat laxando omniã membra principalia. Si tamen velitis ipſa vti vtamini cum aliis medicinis.

Secundo nota, ꝙ vtuntur ea practicãtes dupliciter, aut in cliſteri, aut in ſuppoſitorio, & tunc eſt medicina ſublimis euacuando a capite, quare laudatur in appoplexia, & paraliſi & ſimilibus, & hęc nullo modo omittenda eſt in cura talium: ſimiliter laudatur in colica ex fęcum retentione, cuius doſis pro cliſteri eſt vſque ad drag. 3. Alio modo vtuntur ea dando peros, quæ debet dari prædicto modo, & eius doſis eſt an. drag. 1. vſque ad drag. 1. s.

DE CVCVMERE aſinino primo nota, cucumere aſinino vtuntur Medici tripliciter, aut vtendo pilulis confectis ex ſucco eius, aut puluere eius, aut eius aqua.

Pro quibus notate, quod pilulæ de cucumere aſinino, quæ magiſtrales reperiunt ſunt mirabilis iuuamenti in curando ydropiſim, & maxime aſclitem: duę n. aut tres iſtarum pilularum paruæ etiam, maximam quantitatem aquæ contentæ in ventre euacuant, & vt plurimum vſque ad mediam ſitulam, ex quo doſis pilularum eſt vſq;

ad scrup. 1. Alio modo vtuntur succo, & hoc in clisteri forti ad diuertendum materiam a locis remotis, aut attrahendo ipsum per nares: quoniam est mirabilis medicina in curando emigraneã, aut dolorem capitis antiquum, hunc tamẽ modũ obseruando, quod patiens qui sumit succum per nares debet implere os suum aquæ, ne talis medicina transeat ad pulmonem, & partes pectoris, quo facto videbit maximam experientiam in curando mirabilirer omnem dolorem frigidum a materia frigida capitis: laudo tamẽ quòd cum trahitur talis succus per nares, quod cum eo misceatur succus endiuiæ, aut acetos. vt remittatur eius acuitas, verũ melius est vti aqua eius quàm succo, quia est minus periculosa. dosis autem succi attrahendi per nares pro vna vice est vsque ad drag. med. aquæ autem est vsque ad dragm. 1.

Nota secundo, quòd illæ medicinę debent esse vltimæ in passionibus capitis, licet pilulis suprascriptis possetis vti audacter, quia euacuant sine nocumento. Si vero istæ pilulæ non essent apud vos, componatis pilulas ex succo cucumeris, & ex medicina stomachali, ita quod medicina stomachalis debet esse sub dupla ad quantitatem cucumeris asinini, sic dicẽdo. Rec. succi cucumeris asinini dragm. 1. masticis dragm. med. fiant pilulæ cum syrupo de mentha, de quibus exhibeantur patienti duæ vel tres ad plurimũ.

DE MIRABOLANIS chebulis, & belliricis,& primo nota, quòd de proprietate mirabolanorum est vt inducãt amaritudinem oris,quæ durabit notabili tẽpore nisi corrigatur, & ideo pro constanti regula tenendum est,quòd mirabolani non debent dari sine zuccharo, aut sine passulis, vt patet per Auic.in pluribus locis, qui semper ordinando medicinam de mirabolanis, ordinat ipsam cũ zuccharo,aut cum passulis: & patet maxime prima tertij,de cura sodæ a phlegmate, & decimaquarta tertij, de cura ascilitis, dulcedo enim zucchari habet remittere acuitatem mirabolanorum, ita tamen quòd quantitas zucchari sit subdupla ad quantitatem mirabolanorum: dosis autem mirabolanorum chebulorum indorum datorum in infusione est vsq; ad drag. 5.& med.

DE SAL GEMMA de quo notate,quòd nõ est d anda medicina simpliciter facta ex sal gemma, quoniam induceret excoriationem intestinorum,& fortasse stomachi: bonum tamẽ est vt quando Medicus vult euacuare humorem viscosum & phlegmaticum, vt cum medicina misceatur aliquid salis gemmę,quoniam sal gemma habet stimulare virtutem expulsiuã, ideo sequitur melior euacuatio. Caueat tamen Medicus miscendo sal gemmam trãscendere dosim 1.scru.

Nota secundo,quòd licet prædicto modo possimus vti sal gẽma: melius est tamen, & hic modus

dus debet obseruari, vt eo vtamur in clisteri,& in cura febrium a materia frigida & in diuertẽdo materiam a locis remotis, & tunc licet de eo poni in clisteri vsque ad drag. 2. Aliquando necessarium est Medico facere suppositorium ex solo sal gemma, stante maxima stipticitate ventris, vt in cura colicæ, & maxime ex retentione fæcum, & tunc erit suppositorium mirabile in euacuãdo materias duras: faciatis tamen vt nõ teneatur longo tempore tale suppositoriũ: quia aliquando induceret excoriationem ani, & in extremitate intestini recti.

DE EVFORBIO & eupatorio. Nota, quòd istæ medicinæ non sunt vsuales apud Medicos, nisi in euacuando materias a capite vtendo euforbio attracto per nares: sed in eis duobus debetis seruare canones, deductos in capitulo de fumoterræ.

DE HERMODACTILIS, Nota primo, ꝙ hermodactili possunt exhiberi sub forma piluları, & sub forma pulueris, & vltimo sub forma succi, licet Medici non vtãtur ipsis vltimo modo: sed communiter primo modo, & secundo vtuntur eis.

Nota quòd siue demus eos sub forma pilulari, siue sub forma pulueris, debet misceri & addi proprium correctiuum; quoniam de ratione hermodactilorum est, vt primo noceant stomacho generando nauseam. Secundo ventositatẽ,

Tertio, quia tardæ motionis. Et ideo pro constanti regula seruetur iste modus, quòd dando istam medicinam misceatur modicum zingib. aut menthæ. Dosis eius ipsum exhibendo sub forma pillulari est usq; ad drag. 1. & debet exhiberi in mane: dos. autem pulueribus eius est vsq; ad scru. 2. &c.

De medicinis soluentibus humorem melancholicum. Rub. IIII.

SEquitur de soluentibus humorem melancholicũ, quorum aliquę sunt medicinę simplices, sicut lapis lazuli, lapis armenus, epithimum, fumus terræ, senæ, elleborus niger, & camepitheos, Aliæ sunt compositæ, videlicet pillulæ, & electuaria.

DE LAPIDE lazuli, Nota, quòd ipso vtũtur Medici dupliciter, vno modo sub forma pillulari, alio modo sub forma pulueris, & quia educunt laxando virtutem & cum dolore, ideo necessarium est vt rectificetur cum aliqua medicina cordiali; vt buglossa, osse de corde cerui, corticibus citri; & huiusmodi. dosis eius est a drag. 1. vsq; ad drag. 1. scrup. 1. & hoc sub forma pulueris: sub forma autem pillulari est vsque ad drag. 1. & debet dari in mane.

DE LAPIDE armen onotandum, quòd illa medicina habet prærogatiuam in soluendo

tumorem melancholicum inter cęteras medicinas, & dari potest vno modo lota: Alio modo non lota, primo modo lota cum vino subtili, aut aqua dul. euacuat sine fastidio, & sine nocumento: non lota autem euacuat cum dolore & fastidio & huiusmodi: dosis autē lotæ est vsq; ad dra. 2. non lotæ aūt est vsq; ad dra. 1. bonū tn̄ est vt corrigatur cū aliqua medicina cordiali.

DE EPITHIMO Nota, quòd est mirabilis medicina in soluendo humorem melancholicum, & cōfert ægritudinibus capitis, & hepatis appoplexiæ dolori capitis a tali materia & oppilationi splenis pro quo nota, quòd tale soluit inducēdo sitim, inflāmationem, & dolorem, & fit tardæ motionis, & ideo bonum est vt rectificetur cum modico piperis, & modico salis gemmæ, & sufficit vnum granum vniuscuiusq; istorū, & detur in mane. dosis autem eius est sub forma pulueris vsque ad dragm. 3. in decoctione vero vsque ad drag. 4. in forma pillulari vsq; ad drag. 1.

DE FVMOTERRÆ de quo superius dictū est. Nota tamen pro completa doctrina, quòd fumus terræ est de medicinis benedictis soluentibus humorem melancholicum, quare euacuat confortando, confortatur tamen in operatione dando ipsum cum aqua lactis, & cum decoctione passularum, & cum succo absinthij, & huiusmodi.

DE SENÆ sequitur, qui soluit humorem melancolicum, mundificat cerebrum, cor, conseruat virtutem in iuuentute, generat gaudium, rectificatur tamen in complexione & in operando si datur cũ brodio galline, aut carniũ, aut vino subtili, aut sal gẽma, dosis est vsq; ad drag. 6.

DE ELLEBORO nigro sequitur, qui est medicina per antonomasiam ad cãcrum, leprã, & surditatem. Primo nota, quòd Medicus nõ debet dare nisi prius corrigatur cum pipere vel pauco petrosil. aniso, origano, calamento: aliter euacuaret cũ nocumento: dosis eius est vsque ad scru. 1. s. in pillulis, in puluere vsq; ad scru. 1.

DE CAMEDREOS fiat, vt dictum est in capitulo de fumo terræ. De electuariis soluentibus humorem melancolicum. Electuaria soluentia humorem melancolicum sunt electuarium de epithimo Hermetis, diasenæ, amech. Nota quòd nullum istorum electuariorum debet dari nisi detur cum aqua respiciente humorem melancolicum, vt melius actuetur medicina: vtputa cum aqua fumi terræ, lupulorum. dosis electuarij de epithimo vsque ad drag. 6. dosis diasenæ vsq; ad drag. 6. dosis elect. amech. vsq; ad dragm. 4.

Rubrica. *V.*

SEquitur de confectionibus. Nota quòd cõfectiones quædam sunt simplices, siue vsuales, & quædam magistrales.

Vsuales

Vsuales sunt, quarum aliquæ respiciunt stomachum vt aromaticum ros. diacinamomum, diaciminum, diambra, diarodon abbatis, & huiusmodi: quorũ dosis pro vnaquaq; vice est vsq; ad drag. 6. communis modus practicantium est pro vna vice drag. 4.

De cõfectionibus magistralibus. Nota quòd differunt modus conficiendi cõfectiones in forma solida ab electuario. Confectio autem vt plurimum fit cum zuccharo & aquis: electuarium autem fit cum melle & syrupo.

Nota secundo, quòd quælibet drag. specierũ requirit saltem vnc. 2. zucchari optimi. Exempli gratia, volo ordinare confectionem stomacalem in stomacho frigido, sic dicam. Rec. specierum aromatici ros. drag. 1. specierum diacinamomi drag. s. ecce. drag. 1. s. requirit saltẽ vnc. 3. zucchari, & si dicam zucchari optimi. vnc. 3. fiat confect. in tabulis vel in morselis cum aqua menthæ, mellissæ, & sic de aliis aquis stomachalibus. Similiter si volo ordinare cõfectionem cordialem, dicam. Rec. specierum electuarij de gemmis drag. 1. specierum diamusci drag. 1. s. ossis de corde cerui, margaritarum perforatarũ an. scru. 1. zucchari vnc. 6. fiat confectio in morsellis cum aqua buglossæ.

Tertio notandum, quòd confectionum quædam sunt laxatiuæ, & istæ componuntur ex medicinis laxatiuis, vt diaturbith, diafinicon, diacatolicon,

tolicon dosis primi est a drag. 2. vsq; ad 6. Similiter secundi dos. drag. 2. vsq; ad 4.

Nota quarto, quòd differunt mixtura & electuarium in hoc, quòd componendo mixturam accipiuntur composita in forma solida, & propria in conficiendo electuaria accipiuntur species confectionum, exempli gratia. Exemplũ primi, volo ordinare mixturam ad sedãdum sitim, dicam. Rec. zucchari ros. zucchari buglossati, zucchari boraginati. an. vnc. 1. fiat mixtura cum syrupo de agresta. Aliud est si vellem ordinare electuarium, dicerem. Rec. specierum &c.

Nota quòd hora exhibendi confectionẽ stomachalem & cordialem & cerebralẽ est, vt exhibeat per duas horas ante cibum, hoc est ante prãdium; pariter loquor de confectione materiali: vt diagalanga, & diamargariton & huiusmodi.

De epithimatibus. Rub. VI.

SEquitur de epithimatibus, pro quo scias, quòd epithima proprie importat medicinã cõpositam ex aquis distillatis & speciebus, quæ mediante panno lineo vel laneo applicantur membro infuso in aquis prædictis: vtputa ipsi stomacho, cordi, & huiusmodi & in hoc differt epithima ab embrocatione: quoniam vt ex

rebus

rebus bullitis in aqua,& vino, & non ex aqua distillata &c.

Nota secundo, quòd licet circa membrũ principale quodlibet possit fieri epithima: tamẽ Medici communiter vtuntur duplici epithimate .s. hepatico, & cordiali: licet idem epithima hepaticũ possit fieri circa renes, & quodlibet istorum appellatur epithima alteratiuum, & cõfortatiuum.

Nota tertio, quòd epithima hepatis debet fieri cum aquis distillatis, hepaticis, & speciebus respicientibus hepar, vt sunt species triasandalorũ in lapsu calido, & species diarodõ & diacinamomi in lapsu frigido. Epithima autem cordiale fit cum aquis cordialibus, & similiter speciebus: vt sunt species cordiales temperatę, species electuarij de gemmis, & ista valent in quocunque lapsu siue calido, siue frigido. Vltimo autem speciebus diamusci, & speciebus diambrę in lapsu valde frigido. Dosis autẽ epithimatis quãtũ ad aquas est ab vnc. 10. vsq; ad 12. licet cõmuniter accipiamus vnc. 12. ipsarũ aquarum Dosis autem specierum est a dragm. 1. s. vsq; ad drag. 2. Nota quarto, quòd Medicus volens ordinare epithimata hepatis non debet omittere modicũ aceti puta ab vnc. s. vsq; ad vnc. 1. ratione facilioris penetrationis. Pariter si vult ordinare epit. cordi caueat omittere ne in ea ponatur modicum maluatici, aut vini odoriferi, aut

modicum

modicum croci: practicantes tamē magis croco quàm vino vtuntur. Nota quinto, quòd nihil est præstantius, aut vtilius Medico, quàm facere epith. circa hepar vel cor remouendo febrem, tam à materia calida, quàm frigida magis tamē in calida feb. iuuant, quæ tamen epithimata nō debēt fieri nisi, in statu vel declinatione euacuata materia: vt habetur prima quarti de cura flegmaticæ. Exemplū, volo ordinare epith. forti patiēti febrem cholericam dicam sic, Rec. aquarum hepaticæ, endi. solatri, semperui. an. vnc. 3. aceti. vnc. s. sandal. drag. 1. s. misce, & fiat epith. ita tamen quod vbi assumo istas dragm. 4. aquas possum vnam aut. 2. assumere, vt placet, rarissime omittitur aqua rosa. in vtroq; epithimate. Exemplum secundi, vt prius volo in lapso frigido: vt in ydrope dicam. Rec. aquarum eupa. senæ, absin. an. vnc. 4. specierum diaro. abbatis drag. s. aceti parum misce, & fiat epi.

Aliqui tamen qui gloriantur in variando modum communem accipiunt simplicia componentia species prędictas loco illarum specierum compositarum. Exempli gratia, dicendo, Rec. aquarum &c. ossis de corde cer. marga. yacinthi, auri puri, ana. scrup. 1. quod tamen superfluum est dicere, cum illa simplicia ingrediantur species prędictas. Si vero ex inopia non possent haberi res prædictę, capiantur aquę solæ cum aceto, & fiat vt supra. Nota vltimo, ꝙ ista

ista epithimata non habent determinatam horam applicationis ex eo, quia possunt applicari qualibet hora: immo debent continuari in febribus acutis, siue in febre a materia venenosa: vt pestilentialibus, in quibus maxime iuuant.

De embrocationibus. *Rub. VII.*

PRo quibus nota, quòd embrocatio proprie fit cũ spongia madefacta in decoctione herbarum, ex quibus componitur, quæ applicatur membro lapso, & est fortioris operationis, quàm sit epith. quoniam fortius imprimit aqua decoctionis, quàm aqua distillationis: similiter vinum fortius imprimit.

Nota, quòd ad hoc, quòd fiat optima decoctio siue in vino, siue in aqua, oportet quòd tantum bulliant res donec fiat consumptio vsque ad medietatem. Inter aquas autem eligibilior est aqua cisternæ, q̃ aqua pluuialis, & fluuialis magis quã pluuialis. Notandum tamẽ est, quòd multiplex est embrocatio sicut multipliciter faciunt Medici circa diuersa membra, si sit circa stomachũ vocatur stomachalis: si circa hepar hepatica &c. Differunt etiam ex parte componentium: quia embrocatio stomachalis componitur ex rebus stomachalibus: vt ex mentha, absinthio, & lambrusca, & huiusmodi. capitalis vero fit ex rebus capitalibus: vt ex saluia, maiorana, betonica, sti-

cad.

cad.& huiusmodi. Vnum aduerte, quòd quilibet M.herbæ requirit lib.s.aquæ, exempli gratia volo facere decoctionem stomachalem in lapsu frigido, sic dicã.Rec. foliorum labru.absin. menthæ, & mellis.an. M.1. bulliant in libr. 4. aquæ donec fiat cõsumptionẽ medietatis, vel tertiæ partis: deinde facta consumptione medietatis vel tertiæ partis, madefac spongiam,& applicetur loco dolenti. Et quia istæ embrocationes communiter prẹparantur in domibus a mulieribus &c. & nõ ab aromatarijs, hinc est quòd Medici ordinant, quòd loco libr. 1. assumant mensuram vnius fialæ. Nota, quòd licet iste embrocationer possint applicari qualibet hora, cõuenienter tamen ante cibum applicatur embrocatio cordialis, stomachalis, vel capitalis,& aliæ indifferenter. Quinto notandum, quòd in sedando dolorem siue a materia calida vel frigida embrocationes iuuant, maxime respectu aliarũ medicinarum, maxime circa dolores podagricos, arteticos & intestinales.

De vnguentis. *Rub.* *V III.*

NOta, quòd differentia est inter modum cõponendi vnguenta & emplastra: quia vnguentum oportet componi omnibus componentibus redactis ad subtilitatem, & sic resultat vnguentum subtile. emplastrum

autem

autem deducitur ad formam grossam ex parte componentium, & ita patet verificatio cirurgicorum, qui appellant vnguentum subtile & emplastrum grossum. Secundo nota, quòd simplicia componentia vnguentum debent puluerizari seorsum, ante quàm ad formam vnguenti reducantur, exempli gratia, si in vnguento renali ingrediantur ʒ sandali, & bolus ar. sandali debent puluerizari seorsum, & sic bolus ar. & hoc est simplicia seorsum puluerizari: vt communiter dicunt practicantes, quibus puluerizatis, fit vnguētum vt infra. Tertio nota, quòd in hoc differunt cerotum ab vnguento: cerotum. n. fit & componitur communiter cum resina. vnguentum autem communiter cum modico ceræ. Quarto nota, quòd sub triplici forma fit vnguentum quoddam molle, quoddam mediocre, quoddam grossum: vt vnguentum quòd habet rationem, & formam aliqualiter ceroti, & ista habent ordinem adinuicem: quia primum est operationis velocioris, quàm secundum, & secundum, quàm tertium. Quinto nota, quòd Medicus volens ordinare vnguentum siue molle, siue mediocre, debet mensurare quòd quælibet, vnc. olei, vel succi habeat drag. 1. pulueris, aut ad plus drag. 1. & med. licet vnguentum fiat molle, vel magis grossum, secundum maiorem vel minorem mixtionem ceræ, ita tamen quòd Medicus ordinando si voluerit facere vnguentum

tum

tum molle dicat,& adde modicum ceræ. Si vero grossum dicat,& addatur tantum ceræ donec reddatur ad spissitudinem & grossitiem quandam,aut loco ceræ accipiantur gummæ, vt armoniacum,serapinum, & huiusmodi. Sexto nota,quòd vnguentorum quoddam est incarnatiuum vt vnguentum de sarcocolla, quoddam est consumptiuum, vt vnguentum apostolorum, quoddam alteratiuũ, vt infrigidans Gal.quoddam corrosiuum, vt vnguentum de litargiro,& huiusmodi. Ex quibus patet modus ordinandi vnguentum,primo ponantur liquida, vt olea aut succi, deinde simplicia seu pulueres, exẽpli gratia,volo ordinare vnguentum stomachale sic dicam.Rec.oleorum de absinth. nardini,de mẽtha, an. vnc. 1. gario. masti. calami aroma. an. drag. 1. misce, & fiat vnguentum molle cũ modico ceræ. Si vero velitis addere aliquam pinguedinem, vt est pinguendo gallinæ, dicat Medicus posita recepta, dissoluta pinguedine fiat vnguentum vt supra.

Ex quo patet secũdum aliquos differentia inter linimentum & vnguentum, linimentũ absolute subtilem tenet formam,vnguentum autem mediam vel grossam. Similiter si velimus ordinare vnguentum pro renibus,quando renes fuerint lapsi ad caliditatem,sic dicam, Re.in frigidantis Gal. vnc. 1. s. olei nenufa. olei de sisamo, an. vnc. s.sandal.al.boli ar. spod. an.drag. 1. fiat

unguen

vnguentum molle.

De hora autem applicationis vnguentorum nota, ꝙ possunt applicari qualibet hora, & quolibet tempore, dummodo inter vnam applicationem & alterā mediet tempus 4. horarum, hoc superaddendo, quòd ipsa applicentur calida, seu tepida, nisi fuerit illa quæ applicantur vulneribus, quæ nullo modo taliter applicari debent, & hoc de modo componendi unguenta.

De emplastris *Rub. IX.*

NOta, quòd in conficiēdo emplastra debēt seruari isti canones. Primus est, quòd quandocunque Medicus intēdit componere emplastrum ex herbis, non debet eas ullo modo facere pulverizare, quemadmodum ex radicibus alteæ, melli. camomil. Sed debent istæ bullire: quibus bullitis addatur oleum iuxta intentionem Medici, uerbi gratia, oleum resolutiuum, si Medicus intendit resoluere: oleum infrigidatiuum si intendit infrigidare, & sic de aliis.

Secundus canon, Medicus intendens cōponere emplastrum, debet proponere & mensurare sic, quòd vnicuiq; M. herbarum corrispondeat unc. s. olei, aut alterius liquoris vt butyri, pinguedinis, vt est pinguedo gallinæ, adeps porci, & huiusmodi.

Tertius canon, quòd in ordinādo emplastrū debet dicere Medicus, bulliant donec veniant

ad ſpiſſitudinem, ex his fiat emplaſtrum, verbi gratia, volo ordinare emplaſtrum reſolutiuum, dicam ſic. Rec. florum camomil. melli. ſe. aneti, rad. alteæ, an. M. s. oleorum camomil. aneti, lilio, al. an. vnc. 1. miſce, & bulliant, & ex his fiat emplaſtrum. Quartus can. quandocunq; Medicus intendit operari aliquid mediante emplaſtro, debet ſeruare vt ponatur emplaſtrum multum groſſum: primo tamen incipiendo ab vnguentis, & ſi non proſunt veniamus ad applicationem emplaſtri. Quintus canon. Medicus ordinando emplaſtrum ex rebus, quæ poſſent puluerizari, vt ſunt gari. cala. aromaticus, & huiuſmodi, non debet ex his pulverizatis facere emplaſtrum, ſed his tantum contuſis. Sextus & vltimus canon, in reliquis omnibus ſeruentur canones declarati in capitulo de cerotis & vnguentis, & hęc ſufficiant de emplaſtris.

De Cerotis, Rub. X.

NOta quòd in conficiẽdo cerota debemus aduertere, quòd iſta eſt differentia inter cerotum & vnguentum; quoniam vnguẽtum fit cum cera, cerotum cum reſina, & ideo practicantes in fine cum ordinant vnguenta dicunt, ceræ q. ſ. fiat vnguentum. in fine autem ceroti dicunt, fiat cerotum cum reſina, ideo quia cum cera non duceretur cerotum ad formam

denſam,

densam, & solidam. Secundò nota, quòd sicut in conficiendo vnguentum, quęlibet drag. pulueris requirit saltem vnc. 1, olei, aut alterius liquoris, ita etiam debet seruari in conficiendo cerotum. Exempli gratia, sic dicam. Rec. olei cidoniorum, olei de menta. an. vnc. 1, gariof. mast. an. drag. 1. fiat cerotum cum resina. Tertio nota, quòd cerotum, quoddā est stomachale, quoddam hepaticum quoddam cerebrale, quoddam spleneticum, quoddam magistrale: quia differunt ex parte membrorum, quibus applicātur. Vnde cerotum stomachale debet esse ad formā scuti, celebrale, vt plurimum, ad formam rotūdam, hepaticum ad formam lunarem, spleneticum & magistrale ad formā quadratam. Quarto nota, quòd in ordinādo, ista habent ordinem adinuicem, s. vnguentum, cerotum, & emplastrum: fortioris operationis est cerotum, quàm vnguentum, & adhuc fortioris operationis est emplastrum, sed ægrotātibus minus tædiosum. Primo ergo Medici sapientes debent incipere ab vnguento, & si illud non sufficit, descendat ad cerotum, & adhuc fortius descendat ad emplastrum, sed in passionibus stomachi mirabiliter operatur cerotum inter cętera medicamina. Quinto notandum, quòd medicinæ puluerizandę pro vnguento, debent subtilius puluerizari, quàm pro ceroto, ideo practicantes dicunt in fine vnguenti, puluerizanda puluerizentur subti-

lissime, in fine autem ceroti non. Dos. autem ceroti non est limitata ex eo, quia magnificatur & minoratur secundum quantitatem, quam voluerint Medici &c. Differunt etiam cerota suprascripta ex parte componentium, quoniam cerotum stomachale componitur ex rebus stomachalibus, & sic de aliis.

De clisteriis Rub. X I.

NOta, quòd clisteriorum quoddam est cómune, vt factum ex herbis communibus, seu decoctione earum, vt blitis, mercurialis, maluæ, viol. & huiusmodi, vel aliter clistere commune, quòd fit ex brodio pulli, carnium, & huiusmodi. Quoddam autem artificialiter, vt compositum ex medicinis ad propositum seruientibus. Secundo nota, quòd medicinarũ quæ ponuntur in clisteriis aliquæ sunt simplices, & aliquæ compositæ. Simplices sunt, vt turbith, sal gemma, colloquinti. agari. Dosis autem primi est dra. 2. Dosis secundi est vsque ad dra. 1. Dos. tertij est vsque ad dragm. 2. Dosis quarti est vsque ad drag. 2. Medicinæ compositæ sunt sicut electuarium diafiniconis, yera pigra, yera logodiũ, electuarium de bacis lauri, benedicta, lotontripon, cassiafi. electuarium diasenæ. Dosis primi est vsque ad vnc. 1. Dosis secundi est vsq; ad drag. 6. Dosis tertij est vsque ad vnc. s. Dosis

quarti

arti est vsque ad drag. 5. Dosis quinti est vsq; drag. 1.s. Dosis sexti est vsque ad drag. 6. Do- septimi est vsque ad vnc. 1.s. Dosis octaui est que ad vnc. 2. & ex hoc patet quid sit clistere itiuum, & clistere forte.

Tertio nota, quòd in casu necessitatis potest ri clistere nutritiuum, vt clistere factũ ex bro caponis, aut gallinæ, vt tenet Cõciliator dif- rentia illa, Vtrum submissa per anum pos- t nutrire, & maxime in casu stante maxima cessitate ex parte virtutis attractiue mẽbrorũ.

Quarto nota, quòd clistere semper debet præ dere exhibitionem medicinæ, & maxime me cinæ fortis, vt si in mane debet exhiberi me- cina, in sero exhibeatur clistere, vel loco cliste s exhibeatur suppositorium.

De trociscis sequitur Rub. XII.

PRo quorum notitia nota, quòd differentia est inter pillulas & trocis. ex parte figuræ. Pillulæ enim fiunt sub forma rotunda de- utibili. Trocisci vero fiunt sub forma rotun- a compressa in medio, vt patet. Secundo dif- rũt ex parte operationis, quoniam omnes pi- læ aut leniunt ventrem, aut laxant. Troci- i autem multotiens non operantur aliquod torum, vt patet de trociscis diarodon, qui po- untur a Nicol. & Mes. valde conuenientes ad emouendum oppilationem sequentem vnam-

quamque febrem rectificando totalem complexionem, & maxime in febribus a materia frigida, & ideo Medicus dare debet tales trociſcos in declinatione talium febrium, quoniam mirabiliſſime conferunt in remouendo debilitatem totius, & in aperiendo oppilationes ſi quæ fuerint, & in ſubtiliando materiam frigidam & groſſam, in quo conſiſtit modus digerendi talẽ materiam. Iſta ſumuntur de mente principis de cura phlegmaticæ in fine. Tertio differunt ex parte temporis requiſiti pro exhibitione. Pillulæ enim exhibẽtur in determinato tempore, ita quòd in mane & in ſero tantum iuxta communem modum practicantium regulariter operantium. Trociſci autem poſſunt exhiberi qualibet hora indifferenter, licet etiam melius ſit in mane, operantur enim conuenientius. Quarto differunt, quia trociſci non ſunt ita abominabiles guſtui, ſicut pillulæ: licet poſſint fieri ita parui, quòd poſſint deglutiri, dato quòd hoc nõ eſſet in vſu. Nota ſecundo, quòd Medicus nõ debet dare medicinam ſub illa forma trociſcorum, talis enim forma eſt inepta ad deglutitionem: ſed Medicus volens dare trociſcos, debet eos dare, aut componendo ex his pillulas, aut confectiones, aut electuaria, aut decoctiones, ſecundum quod melius videbitur medico. Aduertendum tamen, quòd Medicus volens dare trociſcos habita intentione ad caput, melius

est eos exhibere sub forma pillulari, quàm sub alia forma.

Tertio nota, quòd trociscorum quidam sunt aperitiui, quidam confortatiui, quidam aliqualiter solutiui: trocisci aperitiui sunt trocisci de rheubarba. trocisci de berberis, trocis. de spodio, trocis. de eupatorio, trocis. de lacca, trocis. de mirabolanis, trocis. de yeralogodion, trocis. de epithimo, omnes isti sunt aperitiui, quorum aliqui respiciunt materiam calidam, aliqui frigidam. Nulla est enim oppilatio proueniens a materia grossa ita viscosa frigida, quæ non possit remoueri per alterum istorum, videlicet per trociscos de mira, aut de lacca, &c.

Quare in retẽtione menstruorũ antiquissima mirabiliter cõmendantur trocis. de mirra, aliqui confortatiui, vt troci. de absint. de mentha.

Quarto nota, quòd ex omni medicina, quæ potest puluerizari, possunt componi trocisci dosando medicinas componentes secundum intẽtionem Medici, ita quòd si maior est intentio ad caput, quã ad stomachũ, plus sumatur de medicina capitali, quàm stomachali: ex quo patet quod possent formari trocis. stomachales ex medicinis stomaticis, & capitales ex respicientibus caput, & cordiales, ex cordialibus, & ita discurrendo per omnia membra corporis humani, exempli gratia, volo componere trociscos stomachales, sic dicam. Rec. masticis, cinamo-

mi electi,gariofi.coriandrorum pręparatorum calami aromatici an. drag.s. fiant trocifci cum fyrupo de mentha, aut cum aliqua aqua fecundum intentionem Medici, dummodo pondus trocifci vnius non excedat, drag.s. poſſum etiā componere trociſcos ex ſuccis licet iſte modus non ſit in vſu, quia trociſci requirunt formam aut ſubſtantiam denſam.

Quinto nota, quòd Medicus poteſt plus exhibere de trociſcis,quàm de pillulis,quoniam afferunt debilitatem ipſi virtuti quæcunque ſint illæ, ſiue lenitiuæ, ſiue laxatiuę: trociſci autē nō: & ideo trociſcorum doſis pręter trociſcos opiatos eſt a drag. 1 .s. vſque ad dra. 2 .licet ſit melius non tranſcendere dra. 1 .ne ex quantitate afferatur tædium aſſumenti. Trociſci autem aperitiui non debent exhiberi vltra quantitatem 1. ſcru. aut drag.s. addēdo,quòd medicina ſub forma trociſcorum ſeruatur lōgiori tēpore, quàm ſub forma pillulari: & ſic patet de trociſcis &c.

Sequitur de Rob. *Rub.* XIII.

NOta primo differentiam inter ſyrupum, & Rob: ſyrupus enim fit ex decoctione medicinarum ſimplicium addito melle vel zuccharo: vt declaratum eſt de modo ordinandi ſyrupum magiſtralem: Rob autem dicitur eſſe ſuccus herbarum inſpiſſatus, qui poteſt

dari

dati cum medicinali aliquo, aut cum aqua simplici, aut brodio, & cæteris huiusmodi secundũ intentionem diuersam Medici. Rob autem multiplex est, quoddam est rob de ribes, & est succus de ribes inspissatus: quoddam est rob de pomis, & est succus de pomis inspissatus. Modus autem componendi rob, est talis. Rec. pomorum libr. 10. fiat succus, & ponatur in vase ad solem bene obturato, donec exiccetur & pinguescat: deinde exhibeas cum aqua, aut alio: vt supra. dummodo Medicus non transcendat quantitatem vnc. 2.

Nota secundo, quòd in materia grossa, puta phlegmatica & melancolica fortioris operationis est rob, quàm syrupus, patet: nam fortior est operatio in succo, quàm in decoctione, ergo &c. consequentia tenet & assumptum patet: nam in decoctione exhalant partes subtiles, in succo autem remanent, in materia autem calida præstantior est syrupus, quàm rob.

Nota tertio, quòd sicut syrupus magistralis componitur ex decoctione plurium medicinarum simplicium, quarum vna respicit vnum membrum, & alia aliud: ita Medicus potest cõponere rob magistrale ex pluribus succis, verbi gratia, volo componere rob confortatiuum stomachi, & resolutiuum ventositatum, alteratiuũ malæ complexionis calidæ: capiam succum de pomis, & succum de granatis, & isti ponuntur

ad ſolem donec exiccentur: ex his enim reſultabit vna medicina cōfortatiua & alteratiua, quoniam vnum ſumetur in maiori doſi, & alterum in breuiori: nam ſi maior eſt intentio ad confortandum quàm ad alterandum, plus ſumetur de ſucco pomorum, quàm de ſucco granatorum, & econtra.

Nota quarto, quòd propter illas intentiones, propter quas exhibentur ſyrupi, poſſunt etiam dari rob, & ea hora & eodē tempore. Rob enim ipſorum quoddam eſt infrigidatiuum, quoddā ſubtiliatiuum, quoddam ingroſſatiuum, quoddam capitale, quoddam ſtomachale, & hoc ſecū dum diuerſas virtutes medicinarum, quarum ſucci componuntur. Rob autem magis abhorrentur, quàm ſyrupi propter eorum ſpiſſitudinem, quare conſulo, vt pueris, & corporibus delicatis magis exhibeātur ſyrupi, quàm rob: quoniam ſuauiores ſunt aſſumentibus. hoc autē ſerua in omnibus, præter quàm in gargariſmis, in quibus magis laudatur rob, quàm ſyrupus: quoniam fortioris eſt virtutis ad attrahendum & ſubtiliandum, quare &c.

De compoſitione & Doſi medicinarum

FINIS.

GENTILIS FVLGINATIS

DE PROPORTIONIBVS MEDICINARVM:

Et de modo inuestigandi complexiones earum, & ad sciendum conuenientem dosim cuiuslibet medicinæ.

PROOEMIVM.



RATIA lucidioris habitus quem Mesue denotat in modis & proportionibus medicinarũ, quæ inuicem confici debent. Sicut etiam gratia latioris sciẽtię ad formas earum inueniendas, & doses earum compositionum magis proportionales, quàm in libris reperitur aliis : hũc breuem tractatum insequar. In quo ostendam omnem moderationem medicinæ laxatiuę cõpositę, & modos compositionis ex simplicibus medicinis, & proportiones ad eas attẽdendas, & doses propinationis earũ secũdũ exigentiã huius artis, declarãdo dicta quorundã super hoc.

Huius enim tractatus ſcientia eſt maxime neceſſaria, propterea quia libri ſapientum ceciderunt iam in adulterationem, non propter venerabiles ſententias ipſorum, & ſcientificas eorũ compoſitiones & canones, ſed propter ſcriptorum inſufficientiam vel negligentiam. Etenim ſicut proceſſus in prole ſpeciem primi patris debilitat, donec iam nõ ſit dignum nomen gentiũ antiquę proli radicaliter aſſimilari. Sic propter ſcriptorum degenerationem iam libri antiquorum videntur corrupti. Hoc declaratur: quia ſi Gal. libros Hip. copiaſſet proprio calamo eſſent lib. Hip. autentici & cõpleti, & exemplum Gale. errore manus ab illo deficiens: quanto ergo magis cum ydiotarum ſcribentium ſeminantur exempla. Et quia libri theorice intellectu regulantur, libri autem practicæ ſola fide quaſi adherendo experimentis. Ideo ſcriptorum diſcrimen eſt maximum in libris practicæ, practicos autem canones nunquam recuperat intellectus, quia (vt dixit Gal.) hæc pars non eſt ſcientialis, ſed experimentalis: vt Hali, tertio techni cõmento. 88. Theoricos autem ſi dubitaueris inuenit, ac imperfectos eos certificat intellectus & complet, cuius ſignum eſt quòd plurimi libri practicę ſunt corrupti.

Et ſi diſcurris antidotarios, inuenies in eis maximam diuerſitatem in ponderibus: ſæpe.n. ſcribitur vnc. pro libra, & dragm. pro vnc. cuius

error

error facit Medicum libris adherẽtem esse Medicum equiuoce, vbi non perlustret eum huiusmodi scientia.

Hoc igitur opus breue nebulosam viam practicæ in hac parte elucidabit, vt quis hãc doctrinam imitans textus male scriptos decidat, bene scriptos sequatur, & eis adhereat, donec doses medicinarum per se intelligat, & per seipsum male positas corrigat, sicut mihi pridie cõtigit in nono Almãso. male scripto, cap. de podagra, vbi ponit descriptionẽ pillularũ, quę a multis allegantur, s. pillularũ, quæ nõ valentes incedere, incedere faciunt, vbi ponitur in vna dosi quarta pars dragm. scamoneæ, quæ est. 15. grana, & hoc est erroneum, & ideo scripsi in margine, scamoneæ quarta pars vnius scrupuli, & remoui. dra. & tunc dosis est felix, & pro certo ista littera fuit eius: non enim tuum est cum antidotariis, & aliis descriptionibus sapientum absque hoc tractatu procedere.

Diuisio huius libelli.

Continet tractatus iste tria capitula, non enim scientia proportionem medicinarum simplicium ordinatur, nisi ad doses compositarum medicinarum inueniendas: proportiones autem tales sunt duę: vna est medicinarum simplicium respectu totius: alia est pro-

portio

portio ſimpliciũ medicinarum inter ſe, ex prima proportione inueſtigatur cõplexio medicinæ laxatiuę compoſitę, ex alia inueſtigatur compoſitio medicinæ laxatiuę compoſitę. Sunt ergo tria capitula in toto.

Primum eſt de proportione ſimplicium ad totum compoſitũ, ideſt de complexione medicinæ laxatiuæ.

Secundũ eſt de proportione medicinarũ ſimpliciũ inter ſe, ideſt de cõpoſitione medicinæ.

Tertium eſt de doſi earum.

Partis executiuę Cap. primum.

COmplexio autem medicinæ laxatiuæ eſt duplex: vt ad præſens ſpectat: quædam eſt ex primis qualitatibus reſultans, quomodo dicimus, quòd medicina laxatiua eſt calida vel frigida. In tali vel tali gradu. Alia eſt complexio reſultans ex qualitatibus primis, per quas medicinæ habent operationes tertias: vt dictũ eſt quinto Colliget, & ibi vide bene ad literam: & talis plus habet dici forma compoſiti, vel qualitas, quàm complexio: nam complexio proprie ſignificat ſupra qualitates tangibiles.

De primo quidẽ dicendum, ꝙ medicinæ ſimplices in compoſito laxatiuo, vel ſunt eiuſdem complexionis, vel diuerſę. Si eiuſdem, vel ſunt

cum

cum eodem gradu, vt cũ commiſcemus crocum & mannã, quę ambo ſunt eiuſdẽ complexionis & gradus: vel ſunt eiuſdẽ complexionis, & non gradus, vt cũ commiſcemus crocũ cũ gariofilis. Eſt.n.crocus calidus in primo, gario. in tertio.

Quare ſi miſcentur medicinæ eiuſdem complexionis, & gradus, tunc complexio medicinæ eſt nota: quia illius complexionis, & gradus cuius cõplexionis, & gradus eſt vnaquęq; earũ ſimplicium medicinarũ. Illius gradus & cõplexionis eſt medicina cõpoſita, vt confectio ex cinamomo, mace, & galanga eſt in ſecundo gradu caliditatis ſecundum vnamquanq; earũ: quia vnaquęq; earum eſt in eodem gradu.

Et ſi aliquis diceret, ꝙ medicina ratione ſuæ quãtitatis excedit gradũ ſuũ: vt ſecũda primi, capitulo de eo, quòd comeditur, & bibitur. Et ideo plures medicinæ eiuſdem gradus videntur eleuari ſupra illum gradum.

Dicendum, quòd illud eſt per accidens.

Et illud ẽt non eſt ad propoſitũ: quia de tali medicina cõpoſita tantũ damus, quantum daremus de vna iſtarum ſimpliciũ. Si. n. fieret confectio ex cinamomo, daremus de ea vnc. med. ſicut de tali ſimplici daremus, vnc. med.

Sed dices, quare ergo fit compoſitio, ex quo ſunt eiuſdem complexionis & gradus.

Dicendum, ꝙ in operationibus ſecundis ſimplicia habẽt alia & alia iuuamẽta: licet ſint eiuſ

dem

dem gradus, & complexionis.

Nam miſcendo galangam cum cinamomo, quæ ſunt eiuſdem gradus, & cōplexionis, aliud tamen iuuamentum ex operationibus ſecundis habet galanga, quàm cinamomū: quia galanga reaggregat partes ſtomachi relaxatas. Cinamomum autem ſubtiliat,& aperit vias,& macis cō fortat cor. ergo licet conueniant in gradu qualitatis eiuſdem, vel complexionis, non tamen cō ueniunt in ſecundis qualitatibus,& iſta compoſitio debet fieri; quia vna medicina habet proprietatem iuuandi, vel nocendi vnum corpus, & non aliud: immo vnum membrorum, & non aliud: immo vna hora,& non alia: ne ergo cadat error, miſcentur plures eiuſdem virtutis, quia licet galanga inimicaretur vni membro, & conferret pluribus, miſcemus ſibi medicinas eiuſdē virtutis; vt ex toto remaneat ſecuritas curationis, & cauſam huius permixtionis medicinarū nunc cū vna, nūc cū alia tangit Auicēna quarta primi capitulo primo, & ſecūdo cano. cap. de lacte, & 3. cano. Fen. 10. capitulo de cura aſmatis 20 tertij cap. de dolore iuncturarum,& Gale. 8. ter. Inſpiciebat naturarū diuerſas proprietates.

Et hic non quęro vtrum menſurę ſecundarū qualitatum, & tertiarum ſequantur menſuram primarū: ſed de hoc apparebit tibi ſi legas quinto Colliget capitulo. 54. Si autem medicinę ſint eiuſdem complexionis,& nō gradus, tūc opor-

tet

et considerare actionem, & resistentiam gra-
duum ad inuicem.

Et in hoc errauit vehemẽter Bartholomeus
Varignana, in tractatu suo dicẽs, Si medicina cõ
ponatur cum similibus in complexione, quòd
eius complexio est tanto intensior, sicut si com-
poneretur ex pluribus calidis, esset calidior, q̃
ex paucioribus.

Sed hoc est contra principia medicinę: nam
aliqua medicina composita ex aliqua vna re ca-
lida solum est calidior aliqua cõposita ex vigin-
ti calidis rebus.

Et pro tanto sumitur dictum domini Auicẽ-
næ, 5. cano. & Auer. 5. Colliget, capi. 54. quòd
quando cum medicina magis calida componi-
tur minus calida, medicina magis calida remit-
titur, & secundum quòd est maior distantia ea-
rum adinuicem, secundum hoc est magis calide
maior remissio. Et hoc idẽ probatum est in phi-
ca: nam magis tale per participationem sui cõ
trarij fit minus tale, de hoc etiam determinatũ
est super libro de differentiis feb. Dico ergo, ꝙ
cum medicina calida in primo addatur medi-
cina calida in 4. sicut crocus piperi, quòd tunc
medicina calida in 3. vel 4. remittitur ad aliquẽ
numerum siue mansionẽ suę latitudinis, Omnis
enim gradus tres numeros, siue mansiones ha-
bet: vt exponit Haly. & plusquam commentator
in techni, & ideo Gale. ponit exemplum in nu-

meris,

meris,& non in gradibus, vt plusquam Commẽ tator, commento 8. sed de hoc non expedit disputare, sed tamen Auicen. & Auer. concedunt talem resistentiam & oppositionem inter medicinas diuersorum graduum cõplexionis eiusdẽ existere, & quod gradus nõ sunt ęquales in perfectione, & quòd gradibus accidit imperfectio ratione participationis sui contrarij positiue vel priuatiue, & nos declarabimus super secundo de differentijs fe. & super 2. Colliget si Deus voluerit.

Item est intelligendum, quòd tales medicinę, quæ sunt diuersorum graduum socientur cum debita quantitate vtriusq;: nam vinum debile si addatur vino magnę virtutis in æquali quantitate, aut in media parte, tunc remittit illud, v.g. Ciatus vnius cum ciato alterius, aut medietas vnius ciati paruę virtutis cum ciato magnę virtutis debilitat omnino fortitudinem maioris.

Sed si parua quantitas, puta vnc. 1. debilis vini addatur cum ciato vnius fortis vini, & potentis, nõ permutabit ipsum: quoniam propter paruitatem suæ quantitatis non habet proportionem vinum debile respectu illius fortis in permutando.

Et eodem modo intelligendum est de societate medicinarum. Si enim misceantur piper & crocus in quantitate ęquali, v. g. remittetur piper ad secundum gradum, & eleuabitur crocus

ad

d secundum gradum, & si misceatur crocus in
nedia parte cum pipere, remittitur piper ad ter
ium gradum, & eleuatur medietas croci ad ter-
ium gradum: quia propter paruitatem quanti-
atis croci virtus ejus resoluitur non potens re-
nittere ipsum ad secundum, & si superat quan-
itas croci quãtitatem piperis absq; proportio-
e trahet piper virtutẽ croci ad quartũ gradũ.

Quantitas ergo consueta apud practicos est
qualis ponderis, aut parum excedentis, aut in
uplo quandoq;, & quandoq; est quantitas me-
ietatis. In istis. n. quantitatibus stat proportio
ctionis, & passionis, & illud oportet considera-
e, sicut dictum est.

Et Auer. innuit contra hoc vnam rationẽ dif
cilem: quia si medicina calida in primo remit
t medicinam calidam in quarto ad secundum
radum, sequitur quòd medicina calida in pri-
no, & frigida essent eiusdem complexionis: pro
atur consequentia, medicina frigida in primo
ssociata calidæ in quarto remittit calidam in
uarto plusquam remittat calida in primo: vt
otum est, sed non potest eam plus remittere,
uàm ad secundum gradum, ergo &c. Præte-
ea frigida in quarto associata calidę in quarto
emittit ipsam ad gradum secundum, & econ-
a: quia non potest eam remittere simpliciter.
Respondetur, quòd medicina frigida in pri-
o remittit calidam in quarto ad cal. in primo,

ſed medicina calida in primo remittit eam ad calidam in ſecundo, vel ſi hæc remiſſio non ſit punctualis (vt dicitur) tamen ſit remiſſio magis calide, & minus calide de mente. Auer. & omnium. Ad ſecundum dicitur, quòd ex medicina in quarto gradu calida, & frigida in quarto non fit remiſſio ad gradum, ſed fit temperamentum. Et eſt alia ratio ſophiſtica, quam ſcribit Alchindus quòd minus calidum aſſociatum magis calido intendat magis calidum, & nõ remittat. Expecto ſoluere Deo duce ſuper. 5. Colliget &c. ratio ſtat in hoc, ſumo vnum corpus, in quo caliditas ſit in tertio gradu, & frigiditas in primo, & vocetur gariofilus. ſumo aliud corpus, in quo caliditas, & frigiditas ſint æquales, ita quòd habeat duos gradus caliditatis, & duos frigiditatis, & vocetur zuccharum, tunc arguitur, maior eſt ꝓportio actionis a calido in duobus gradibus ad frigidum in vno, quàm ſit proportio calidi in tribus gradibus ad frigidum in duobus, ſed in gariofi. eſt frigiditas vnius gra. quæ contra operatur caliditati zucchari in duobus gradibus, & in eodem eſt caliditas in tribus gradibus, quæ contra operatur frigiditati zucchari in duobus gradibus: ergo aſſociatis gariofil. & zuccharo caliditas zucchari plus remittet vel corrumpet frigiditatem gariofilo. quàm caliditas gariofi. frigiditatẽ zucchari propter maiorem proportionem, quare augebit caliditatẽ
gariofi.

riofil. & non remittet eam. Et ratio stat in
c, quòd præsupponit in medicina calida esse
giditatem in actu, & tunc erit in omni parte,
qua est etiam caliditas.
Et hoc est impossibile, & hoc negabitur in
æallegato cap. quoniam experientia præteri-
rum huic est contraria. Sit igitur ex dicis mē-
ra complexionis medicinæ compositę ex me
cinis simplicibus diuersis in gradu, & non in
mplexione. Si autem medicina sit composita
diuersis in complexione, tunc vel ista sunt
ualia, vel inęqualia, siue diuersa.
Et est considerandum, quòd æqualitas, vel di-
rsitas attenduntur penes tria, scilicet numerū
antitatem, & virtutem.
Si ergo sunt ęqualia in quantitate, numero, &
rtute, tūc complexio compositi est media in-
illa.
Etenim quia contraria agunt inter se, & quia
nt ęqualia in virtute, non agunt positiue, sed
missiue ęqualiter refrangendo se in naturam
edij.
Si autē sunt ęqualia in virtute & non in quā-
ate, vt quòd sit in eo medicina frigida in ter-
o gradu, & sit quantitas drag. 2. & sit medici-
calida in tertio gradu, sed quantitas vnc. s.
c quia ratione quantitatis maioris actio plus
ntinuatur, & perdurat, remittetur pro certa
edicina frigida in aliquo gradu, & tunc com-

poſitum declinabit ad cal. & non ad medicinā, quoniam quantitas, eſt cauſa intenſionis graduum, ſed per accidens: vt in cap. de eo quod comeditur, & bibitur, & 5. Colliget cap. penultimo. Et non imaginor aliam cauſam modo niſi quæ dicta eſt, quoniam in maiori quante virtus actionis plus perdurat. Et eodem modo intelligendum ſi ſunt in medicina cōpoſita medicinæ ſimplices ęquales in gradu: ſed inęquales in numero, quia plures de calidis, quàm de frigidis: aut econuerſo.

Si aūt ſint medicinæ diuerſę in cōplexione, & vna habeat exceſſum in gradu ſuper aliā, tūc prædominante gradu dicitur totū cōpoſitum eſſe tale, vt ſi ſit vnū cōponentiū calidū in quarto, & aliud frigidū in primo: hoc compoſitū diceretur cal. non tamen ſi quarto, ſed ſecundū reſiſtentiā: vt dictū eſt ſupra. Quia ſi cal. minus reducit magis calidū ad remiſſiorē gradum, multo magis frigidum, & hic eſt canon Auer. 5. Col. penultimo capitulo.

Cōſiderare tamen oportet, ꝙ mixtio taliū debet fieri ſecundū quātitates proportionatas, nō dico æquales in pōdere, ſed in proportione. v.g. camomillæ vnc. 1. minus calidę q̄ piperis, piperis dra. 2. ſunt ergo ſumendę quantitates ſicut inueſtigat Auer. cū quibus ſaluentur operationes illorū ſimpliciū, vt dicit Ga. tertio de cōplexionibus c. tertio, ꝙ modica quātitas ignis nō ca

lefacit.

efacit. Et hæc est scientia inuestigandi complexionem primam in compositis laxatiuis.

Dicendũ nunc de cõplexione siue forma laxatiui, vt solutiuũ est, & totũ hoc dependet ex prædictis, supponẽdo gradus in medicinis laxatiuis Oẽs.n.medicinæ laxatiuę sunt eiusdẽ formæ, q̄a ẽs mouent per acuitatẽ. Ita quod ẽt illę quę mouent cõprimendo habent aliquas partes acutas per quas proportionantur ad determinatũ humorẽ, & ad actũ solutionis, quãuis præter acuitatẽ habeant aliã formã specificã, per quam soluunt, vt dictum est in principio huius libri.

Differunt ergo medicinæ laxatiuę secundum gradus. Quædam enim sunt in primo gra. secũdũ, quòd Bartholomeus recte exponit: vt quæcunque sunt in extremo debilitatis, vt aqua lactis, mel rosa. succus absinthij, succus rosa. syrupus viol. &c. Quędam in secundo, vt quæ excedunt prima, vt tamarindi, cassia fistul. manna, & quædam species mirabolanorum. Et epithimi, senę, & similia.

Quædam in tertio gra. vt solutiua euacuantia attrahendo. Talia enim sunt solutiua fortia, vt aloes, turbith, agaricus, hermodactilus, polipodium, reubarbarum. Quædam in quarto, vt vehementer acuta, sicut elleborus, esula, catapucium, mezereon, colloquintida, scamonea, serapinum, &c. Et hos gradus inuestigat Auer. 5. Colliget, capitulo penultimo.

Et quia omnes isti gradus sunt sub eadẽ forma, siue sit talis forma manifesta vel occulta, nõ sequitur, quòd plus remittit minus solutiua medicina magis solutiuam, quàm remittat eam medicinam ullo modo solutiua. Et causa est quia inter solutiuas non est diuersitas graduum penes participationem contrarię formę, quecunque sit illa forma, sicut est in gradibus primarũ qualitatum. Et hæc est sententia Auer. 5. Colliget, capitulo. 58. Vbi assignat causam quòd si iungatur medicina minus aperitiua magis aperitiuę, quòd medicina magis aperitiua remittitur: quia oppositio ad oppillationem in medicina debilis apertionis est maior, quàm oppositio eius in medicina fortis apertionis.

Et in hoc videtur contradixisse sibi Bartholomeus; cum dixit in fine tractatus, quòd si iungatur scamonea cum aliis medicinis solutiuis, debet dari in minori dosi, quàm si iũgatur cũ digestiuis, quia iuuant operationem suam. Et in eodem dixerat, quòd si scamoneæ adiungantur medicinæ debiles, quòd debet dari plus de ista medicina in quarto gradu. Et improbat eum similitudo, quam etiam ipse concedit in medicinis quo ad secundas operationes, & in medicinis quo ad primas. Ideo dico, quòd si associetur medicinis saltem primi, & secundi gradus, vt cum epithimo & manna &c. quòd debet poni in maiori quantitate, & etiam si iungatur cũ

suis

suis consolantibus, vt infra: cum medicinis autem tertij gradus est magna similitudo, & ideo inter eas non est magna resistentia, sicut enim modicum distant, ita modicum se alterant, sicut cal. in tertio, & cal. in quarto. Causa autem alterationis in diuersis gradibus est nota. Et quia proportionabiliter se habent medicinæ solutiuę ad quartum gradum cum medicinis calidis vel frigidis. Ideo conclusio dicta supra de remissione medicinę frigidę composita, per societatem medicinarum diuersorum graduum est similis, & necessaria. Vt dicamus, quòd si medicinę solutiuę in quarto gradu, vt est scamonea, addatur medicina solutiua in primo vel secundo, remittit eam ad debiliorem gradum, v.g. si addatur scamoneæ succus rosarum, vel aliqua medicina primi gradus solutiua, quòd tunc illud totum sit solutiuum in secundo grad. & si addatur aliqua solutiua in tertio, vt turbith, &c. quòd sit solutiua in fine tertij, vel in principio quarti.

Et hic notandum primo, quòd hoc habet intelligi, vt supra dicitur, quòd talis mixtio fiat secundum quantitatem, in qua saluetur operatio simplicis medicinę, neque sit quantitas tam parua vt cum ea non stet operatio, vt de scamonea vsque ad quatuor grana, neque sit tanta quantitas, quòd excedat operationem: vt cum damus de turbith vnc.s. & aloes &c. sed sit qnantitas

proportionata: quia si est ibi de turbith, quanta est sua dosis naturalis ab vnc. 1. vsq; ad duas, & sit ibi de scamonea quātitas naturalis, s.a granis quatuor vsq; ad 12. hac.n. proportione seruata, apparet manifeste quod dictum est. Et si excedat quantitas vnius quantitatem alterius secundū hoc debet fieri proportio, vt supra ostensum est diligenter.

Secundo notandum, quòd etiam istiį gradus habent latitudinem: quia medicinarum solutiuarum in quarto gradu quædā soluit plus, quædam minus, vt scamonea in vltimo quarti gra. & colloquintida in principio quarti.

Ex his ergo diligenter apparet quæ sit forma solutiui, vt sumamus in exemplo cōfectionem de manna Gal. quam scribit Mesue in antidotario, Reci. mannæ dissolutę in succo rosarum, libr. 1. scamoneæ vnc. 5. hæc medicina composita habet medicinam solutiuam in quarto gra. sicut scamonea, & habet solutiuam in secundo, sed qa manna coniungitur cū æquali quantitate solutiui in primo gradu, sicut est succus rosarum. Ideo fit māna solutiua in fine primi gra. & quia quantitates sunt proportionatę: quia in oī vnc. mānę ingrediuntur dra. 1. scamoneę: iō remittitur solutiua in quarto ad solutiuā in scđo vel in fine secundi intenditur solutiua in primo quæ est manna cū succo rosarum ad solutiuā in fine secundi, quare talis cōfectio est solutiua in

fine

ſine ſecundi. Et ideo bene dixit Gal. quòd eſt me dicina benedicta, quia oẽs tales ſecundi gradus ſunt mouẽtes ſine ęſtuatione, & doſis in iſta eſt vnc. s. Et iſta ſunt neceſſaria ad inueniẽdũ doſes medicinarum ſolutiuarum cõpoſitarum, ſicut dicetur in tertio cap.

Conſiderandum ẽt, ꝙ non ſolum medicinę minus ſolutiuæ remittunt medicinas ſolutiuas: verũ remittunt ẽt eas ſocietates medicinarũ alterantiũ, præterquam ſint ſolutiuæ, aut reſiſtẽtium effectibus earum, vt dicetur in ſequenti

Et ideo quamuis in hiera Gale. ſola medicina capitulo.
ſolutiua ſit aloes, quod quidẽ eſt ſolutiuũ in tertio, tamen quia ſociantur medicinæ prædictę, ei remittitur ad finem ſecundi, ſicut ſi addantur aloes, caſſia, mirabolani, abſinthiũ, reducitur ad ſecundũ gradum ſolutiuorum, & hoc ſufficit ad inueniendum complexiones medicinarum, & proportiones ſimplicium reſpectu totius.

Capitulum ſecundum.

NVnc vero dicendũ eſt de proportione medicinarũ ſimpliciũ reſpectu earũ inter ſe talis aũt proportio eſt debita compoſitio ſimpliciũ medicinarũ, ꝑꝑ qđ aduertendũ, ꝙ neceſſitas cõpoſitionis medicinarũ ſolutiuarum

est propter alterum trium. Vel enim medicina solutiua est debilis vel tarda, sicut turbith, aloes &c. & tunc eget compositione & societate medicinæ acuentis eam, aut festinantis & velocitãtis operationes suas, sicut turbith miscetur zinzib. &c. Vel medicina solutiua est maligna in complexione sua, & hoc aut in cõplexione primarum qualitatum, quia sit nimis acuta calefaciens, aut secundarum, quia vlcerosa excorians, aut tertiarum, quia a proprietate habet aliquem malum effectum, vt aloes, & scamonea habent aperire orificia venarum, & tunc eget compositione ex societate insistentium, vt dicetur. Vel medicina nec est debilis operationis, nec est maligna in se, sed non respicit determinatũ membrum a quo purgare volumus, & tunc eget societate medicinæ deferentis eam ad membrũ. his tribus modis compositio cum medicina solutiua est necessaria. Talis autem compositio nõ potest conuenienter fieri nisi habita proportione cadente inter simplicia, quæ componi debẽt. Talis autem proportio est duplex, quædam est proportio formę specificę, vt cum dicimus scamonea nocet cordi, vt dicit subtiliter Mes. & cum hoc inflammat, & cum hoc aperit orificia venarum. Et sunt medicinæ, quæ habent proprietatem ad istas resistentias, vt ambra a proprietate confortat cor, & crystallum infrigidat, gallę constringunt orificia venarum, non tamẽ

permixtio

permixtio eorum cum ſcamonea eſt vtilis, quia non cadit inter ea proportio a forma ſpecifica, ſed ponemus cum ea propter primum ſpicam, propter ſecundũ camphoram, vel ſandalos: propter tertium dragagantum vel maſticem. Et iſta proportio eſt inuenta per experiẽtiam, aut Prophetarum reuelationem, & de iſta proportione non oportet prolixare, quia auctores ponũt medicinas habentes adinuicem talem proportionẽ, vt dicam, numerando ſpecies earum. Alia eſt proportio medicinarũ quo ad quantitatem, de qua excuſat ſe Meſue, vt ſi zinziber habeat proprietatem & proportionem primo modo ſumptam ad turbith, neſcimus tamen proportionẽ quantitatis eius, & de tali proportione eſt hic intentio.

Sequitur ſecunda pars principalis huius capituli, in qua ordinat ſe ad ponendum concluſiones.

DIco igitur, quòd alterans aliud, vel alterat iuuando virtutem eius, & hoc duplex vel acuendo, vel deferẽdo virtutem eius. Et tale alterans non oportet quòd ſit æquale alterabili, ſicut videmus quòd ſi quatuor homines non poſſunt trahere aliquam molem, addito homine vno trahent eam: eodem modo ſi medicina propter debilitatem non poteſt complere aliquam operationem, modico ſibi addito cõ

plebit

plebit eam. Etiam illa quę acuunt, vt plurimum medicinas aut deferunt eas sunt acuta, sed addo re in medicinis acutis est cauendum vt dicebat Mes. Et idem infra quòd omnis medicina laxatiua quanto est, vicinior temperamento, tanto melior seu incolumior est. Debemus igitur medicinas simplices propter prædicta iuuamenta necessarias ponere in tanta dosi, quod ad dosim medicinæ cōuenientem veniat de prædicta medicina in minori quantitate. Vt si in vnc. s. laxatiui sit de medicina laxatiua dosis propria, vt si ponamus de aloe dra. 2. sint de cōsolātibus vnc. 1. aut scru. 2. aut secundū exigentiā expurgandi corporis. Et cōmunis quantitas harum consolātiū vel rectificantium est tertia pars, aut quādoque medietas. Vt patet in hiera, quam scribit Gal. 7. ter. cap. 2. quòd duæ partes sunt aloes, & vna consolantium, vel tertia, & hic canon est cō ueniens dosis. Rec. turbith electi dra. 2. zinziberis, scru. 2. zucchari duplum, vel agarici dra. 1. s. vel secundum quosdam Medicos vt agarici drag. 1. salis gemmę scru. s. Aut propter serositatem salis, vt docet ad literam Mesue capitulo de agarico. Acuitas tamē salis gemmę est suspecta. & ideo ponimus in valde paruo pondere quandoq; vt dicamus, agarici dra. 1. salis gemmę. g. 2. vel plus vel minus, & hoc est per accidens. Et si volumus deferre ad caput addimus spicæ vel nucis musc. eandem quantitatem cum istis quantitatibus.

ritatibus, s. dra. s. vel secundum quosdam Medicos agarici dra. 1. salis gemmę scru. s spicę scru. s. cum aliquo syrupo.

Vbi oportet tamen, quòd illæ medicinæ solutiuę misceantur aliis medicinis remittentibus, vel debilitantibus, debemus addere in confortātibus operationes earum, & eodem modo oportet intelligere de aliis, quæ associare oportet medicinis laxatiuis vt alterent eas propter iuuamētum virtutis debilis earum, aut deferat eas. Si autem alterans alterat propter malitiam, tunc hoc non conuenit nisi in medicinis tertij vel quarti gradus, propter acuitatem earum, & venenositatem: & quia non quæritur solum quòd venenositas medicinę remittatur, sed quòd omnino prohibeatur a suo malo effectu. Et cum prohibitio alicuius operationis non possit fieri nisi ab ęquali in virtute opposita, ideo oportet, quòd medicina quæ additur propter hoc iuuamentū sit ęqualis quantitas. Si medicina agat a forma specifica, sicut si v. g. poneretur in solutiuo composito scamoneę gra. 7. poneremus masticis vel dragaganti gra. 7. aut plura, vt scrup. s. vel scrup. 1 aut gallię similiter, sicuti est dictū Mesue de colloquintida, quòd detur cum laudano ęquali quantitate, quia laudanū a proprietate resistit nocumentis colloquintidæ. Et ratio est ista: nā effectus a proprietate vel a forma specifica ꝓuenietes nō possunt impediri nisi cōtraria

dispo-

diſpoſitione quæ ſit virtutis ęqualis, & hoc in his quæ agunt non a complexione, ſed a forma ſpecifica, vt plurimum ſtat cum ęqualitate quātitatis. Dicitur enim quòd adamas prohibet ferum ab attractione a magnete, & tūc ſi dragm. 1. ferri debet attrahi ab vnc. 1. magnetis poſita cum ferro vnc. 1. adamantis non attraheret ferrum: oportet igitur, quòd ęqualia ſint talia, quæ mouent ſecundum proprietatem: eſt tamē aduertendum hic vbi tales medicinæ acutę non aſſocientur cum aliis reprimentibus complexionem eius, ſi autem aſſocietur ſcamonea cum cāphora & ſuccis frigidis non egebit tanto maſtice. Nam formę ſpecificę non agunt niſi cū ſuis complexionibus, vt dicit Auer. 7. phy. commē. 35. quòd magnes non attraheret ferrum ſi fricaretur cum aliis, & carabe non attraheret paleam niſi calefiat. Ideo acuitas medicinæ remittitur, remittitur ſecundum eum etiam operatio ſua a proprietate, & ideo indiget minori ſocietatis medicinæ cōtrariantis ſibi a proprietate. debet ergo ſi medicina componatur ſimplex poni, cum ea ęqualis quantitas reſiſtentis, & hoc in operationibus, & effectibus a forma ſpecifica. In operationibus autem caliditatis & frigiditatis, oportet quòd fiat reſiſtentia per maiorē quantitatem. Cum illæ ſint calidę in tertio vel quarto, ideo indigent pluri quantitate frigidorum, niſi ſint frigida narcotica in quarto, & tūc

ſufficit

sufficit ęqualis quantitas, vt succi lactucę vel ne nufaris, vnc. s. cum serapino vnc. s. vel opij quã-tum granum lenticulę. Scamoneæ tantundem vel opij & castorei. ponitur enim castoreũ pro æquali quantitate, vt remittat opij stupefactionem, sicut est dictum Aui. in lib. de viribus cordis in sua notabili confectione. Raro tamen hęc compositio est necessaria: sed si debeamus infrigidare scamoneam, faciemus cum camphora, & sandalis, & semine acetosæ, vel endiuiæ, vel dra gaganto, ponendo quantitatem infrigidantium maiorem, cum caliditas 4. sit acutior in actione scilicet omni frigiditate eiusdẽ gradus, vt Aui. primo cano. Fen. 4. 20. & 30. c. & tertio canon. Fen. 13. His igitur consideratis patet scientia, s. compositionis, & proportionis medicinarum simplicium adinuicem.

Capitulum tertium De dosi medicinarum.

Viso modo inuestigandi complexionem medicinarum laxatiuarum compositarũ per quam dicũtur calidę plus, vel minus frigidę, humidę, siccę, &c. per quàm dicuntur etiam solutiuę in diuersis gradibus. & viso de modo compositionis earum, & simplicium proportione adinuicem &c. restat videre de dosi earum, & primo quædam in generali, secũdo quędam in speciali. Dosis est duplex, quædam est do

sis simplicium, & de ista dicimus secundum q̄d autores scribunt. Alia est dosis compositorum ad quam inueniendam est laborandum, propter corruptionem librorū ex parte ignorantiæ scriptorum. Et ista dosis quandoq; sequitur quantitatem medicinarum laxatiuarum, quandoq; proportionē partium adinuicem, per quam proportionem dicitur tota medicina laxatiua in tali gradu, primo dicendum de secunda dosi, & secundo de prima: primo igitur de dosi quæ sumitur a forma totius compositi, secundo de ea quæ sequitur compositionem partium simplicium.

Oportet scire, quòd dosis medicinarum compositarum solutiuarum debilium vel solutiuarum in primo gradu incipit ab vnc. 1.

Dosis medicinarum solutiuarum in secundo gradu incipit ab vnc. 5.

Dosis medicinarum solutiuarum in tertio gradu incipit a dra. 1. vel. s.

Dosis autem solutiuarum in quarto est diuersa, secundum quòd quartus gradus habet latitudinem manifestam, quædā sunt in vltimo acuitatis, vt helleborus, scamonea, scebrā, mezereō, euphorbium, coloquintida. Quędam sunt non in vltimo quarti gradus, vt cucumer asininus, serapinum, catapucia, serpentaria. Dosis ergo primarū incipit a granis, & secūdarum a scru.

Ver. gra. dosis succi rosarum simplicia syru

rupi

rupi violæ. mellis &c.est ab vnc. 1. vsq; ad 3. vel 4. & serũ caprinum vsq; ad 6. vnc. & ab inde infra, s. ab vnc. 1. non habent notabilem operationem, & ab inde supra, s. ab vnc. 3. vel 4. ascẽdũt ad secundum gradum solutiuum.

Dosis autem secundi gradus solutiui incipit ab vnc. v. vsq; ad vnc. 1. v. vt dosis epithimi, senę, cassiæ, tamarindi.

Dosis tertij gradus solutiui est a drag. 1. vsq; ad drag. 3. vel vt plurimum ad 2. vt aloes a dra. 5. vsq; ad 3. agarici a dra. 5. vsq, ad 2. hermodactilorum a drag. 1. vsq; ad 2. vel 3. mirabolanorum, reubarbari, a drag. 2. vsq; ad vnc. v. Ideo ponuntur secundi gradus, dosis turbit a dragm. 1. vsq; ad 2. vel 3. & sic de aliis.

Dosis igitur quarti gradus in prima latitudine stat cum istis tertij gradus, vt dosis cucumeris asinini est a drag. v. vsq; ad dra. 2. dosis serapini est a drag. v. vsq; ad aure. 1. Dosis cataputię est a dra. v. vsque ad dra. 1. Sed si cataputiam intelligitur granum regum est magis solutiuum, & ponitur dosis a granis quinq; vsque ad 7. vel 10. dosis serpentarię est a dra. v. vsq; ad drag. 1. scamoneæ a gra. 5. vsq; ad 10. vel 12. & quidam eleuant eam vsq; ad 16. hellebori erit a 24. granis vsq; ad scrup. 2. Sed Aui. in libro de viribus cordis dicit, quod eius dosis est gra. 22. v. & in decoctione drag. 1. Dosis scebram, & mezereõ, etiam a gra. 4. vsq; ad 20. cophorbij est a 4. gra-

nis vſque ad 12. coloquintidæ eſt a 14. vſque ad 20. Doſis autem lapidis ſaraceni, armeni, lazuli ponuntur cum doſibus ſolutiuarum in tertio gradu cum ſunt loti, & cum non ſunt loti ponũtur cum doſibus ſolutiuarum in quarto gradu primi ordinis, & polipodium, & reubarbarum, tenent medium inter medicinas ſecundi gradus, & tertij, & ideo doſis eius eſt a drag. 1. vſq; ad aure. 4.

Quibus diligenter expoſitis, & ſuperiori doctrinę applicatis, patet qualiter, & quæ ſit doſis conueniens medicinarum compoſitarum laxatiuarum, quoniam ſi inuenis eas in primo gradu, doſis eſt quæ aſſignata eſt, & ſi in ſecũdo vel tertio vel quarto &c. & hęc doctrina iam declarata eſt ſupra.

Et ideo improbatio, quam facit Bartholomeus in doſi Aui. in tertio cano. fen. prima de cura maniæ lupinæ, non videtur eſſe conueniẽs, & eſt exẽplum ſuper quo ipſe laborauit, deſcriptio Auic. eſt hæc. Rec. pulueris hierę, epithimi, ſticados, omniũ ana partem vnam, mirabolanorum ſcamoneæ ana partem mediam.

Nam ſi conſideratur ex dicta doctrina tale pharmacum eſt ſolutiuũ in tertio gradu, quoniam ſcamonea quę eſt quarti gradus ſociatur cum ęquali pondere mirabo. qui ſunt ſecundi gra. ſolutiui, & cum hoc reſiſtunt ſcamoneæ a complexione, & vt eſt communis opinio, corrigunt

gunt eius prauos effectus, quare quãuis mirabolani non sint tantę acuitatis in eadem quantitate, quantę est scamonea, tamen remittunt, deinde adduntur solutiua secundi gradus, vt epithimi, & pulueris hierę.

Quamuis enim aloes sit tertij gradus solutiui, tamen cum puluere suo, vt dictum est supra remittitur a tertio gradu, & cũ contraria duo ponantur in quantitate dupla ad scamoneam, remittitur virtus scamoneæ omnino a gradu suo, & descendit ad tertium gradum solutiui. Sed dosis solutiui in tertio gradu est a drag. 1. vsque ad 3. potest ergo (sicut Auic. præcepit) dari eo. dragm. 2.

Et pro certo iste contradicitur suis canonibus improbando Auicennam, siue descriptionẽ eius, & hæc contradictio est satis publica: nam in suo tractatu eodem capitulo dicit quomodo hæc medicina est in medio secundi gradus solutiuarum, & quarti gradus, sed talis est tertio, & post ea subditi, quod dosis est à drag. 2. vsque ad dragm. 5. & si mea verba concludunt, tu ipse respice.

Et causa erroris fuit, quia ipse opinatus fuit quòd cum additur medicinę solutiuæ fortis virtutis alia medicina solutiua, aut medicina iuuãs eam quod debet poni in minori pondere. Et ibi est error, & contra id, quod ipse incępit, sed causa est, quia ipse non prospexit mentem

Auer. quinto colliget capitulo penultimo ſicut ſupra nos expoſuimus eſt mens Auer. confirmã tis mentem Gale.in de ſimplici medicina. Vnde in confectione de manna Galenus ponit in parua doſi, nec obſtat maior doſis ſcamoneæ, & hoc quia ſolutiuum id reducitur ſecundum totum ad ſolutiuum in ſecundo gradu, quamuis ſit ibi ſcamonea a prædominio virtutis, ſicut probatũ eſt in fine primi capituli, & tamẽ in media vnc. totius confectionis de manna, quam doſim præcepit Meſue, ingreditur ſcamoneæ gra. 10. illa eſt magna doſis eius apud Dioſcoridem, Serap. Meſue, & ſecundum alios libros habetur, quòd ponatur ad mediam libram mannæ vnc. 1. ſcamoneæ vel v. & tunc in vnc. v. totius eſt, ſcrup. 1. ſcamoneæ, & illa doſis eſt extra limitem, quam vulgus auſum eſt hãc igitur doſim, ſcilicet: vnc. v. confectionis de manna pręcipiũt. Et ego ſemper vſus ſum ea, quia tota illa medicina fit ſolutiua in ſecundo gradu.

Et non fit ſolutiua in ſecũdo gradu, niſi, quia medicina minus ſolutiua diminuit de virtute medicinæ magis laxatiuæ: non ergo addunt in virtute eius ſecundum quod iſte eſtimabat, & per conſequens oportet quòd ponatur in maiori doſi. Niſi medicinę laxatiuæ quarti gradus ſocientur medicinis laxatiuis tertij gradus, oportet enim tunc non addere in põdere, quia ſicut dictum eſt, inter ipſas eſt propinquitas, nec eſt

tanta

tanta distantia, quanta cum solutiuis primi vę secundi gradus, & per consequens non est tant remissio, quare sufficit minor quantitas solut ui in quarto gradu.

Et hic considerandum est de latitudine harũ dosium, quia cum medicinæ ponantur cum deferentibus virtutes earum, aut cum acuentibus eas, tunc debet poni in minori dosi: & cum ponuntur cum resistentibus, & remittentibus malos effectus, debent poni in maiori dosi, & medio modo se habẽte, medio modo debent poni, vt fecit Galenus in sua confectione prædicta, & ibi posuit taliter dosim ex eo quod scamonea ponitur cum solutiuo debiliori, quia remouet operationem suam: patet ergo in communi dosis medicinarum compositarum, & maxime in pilulis, & pulueribus.

Modo in speciali inuestigemus eam in confectionibus, & electuariis. Scias ergo, ꝙ a prædicto can. tu potes inuenire conuenientẽ dosim in libris, & incõuenientem improbare, sumendo in confectionibus, & electuariis gradum medicinæ laxatiuæ, sicut dictum est.

SEd nunc alio modo inuestigandum est, scilicet ex quantitate medicinæ laxatiuę, quæ ingreditur compositionem.

Propter quòd sciendum, quòd in toto composito ex diuersis simplicibus imaginandum est formam habere homogeneitatem, ita quòd

qualibet parte sumpta illius totius pharmaci sit eadem proportio simplicium ad inuicem, quæ est in toto composito, vt si in toto cōposito medicinæ solutiuæ sit tertia pars, in quacunq; parte illius compositi erit etiam tertia pars, & hoc est planum.

Nam si in mixto prædominetur terra, in quacunque parte mixti debet prædominari terra.

Hoc supposito, leue est videre vtrū doses medicinarum solutiuarum scriptę sint conuenientes supponendo vnū, quòd in dosi quam tu propinas sit conueniens dosis solutiuarum si ingrediantur ibi plura solutiua, aut sit conueniēs dosis vnius solutiui. Si solum vnum solutiuum ingrediatur vt in hiera Gale. solutiuum solū aloes est: oportet ergo tantum dare de illo electuario hierę, quod in illa dosi, sit dosis aloes non excedens in magis & minus, verbi gratia, in toto electuario aloes ad triplum ad alias medicinas vel fere, vt 7. tertio capitulo vndecimo ergo in quacunque parte erit pars aloes tripla vel fere. Et ideo conueniens dosis eius est drag. 3. cum medietate, quarum trium drachmarum duæ partes aloes, & est dra. 2. sed drag. 2. aloes est dosis conueniens.

In hiera autem cum scamonea dosis est drag. 2. aut 2. s. quia acuitur scamonea ponendo in omni libra hierę, simplicis, quæ est hiera Gale. drag. 1. scamoneæ correctæ, sed vigesimaquarta

pars

pars libræ est vnc. 5. & vigesimaquarta pars dra. est gra. 2. s. quare posuimus de tali hiera cum tali quantitate scamoneæ datę vnc. 5. quia scamonea solum acuit in hac dosi virtutem aloes, nec ipsa de se habet virtutem soluēdi, cum ponatur in minori quantitate, quàm sit conueniens ad suam solutionem.

Aduertendū tamen est ad apotecarios qui hodie acuūt vnam lib. hierę sim. & benedictæ simplicis cum vno quarto scamoneæ, scilicet cum drag. 2. & quidam ignari, & præsumptuosi etiā addunt plus.

Sed apparet ex isto can. quòd vna dra. diagridii in vna libra medecinarum solutiuarum in quarto gradu est cōueniens. Sed in tertio vel secundo est bonę operationis, sollicitans medicinas solutiuarum, nec, est timor de effrenatione eius cum non ingrediatur cùm quantitate, cum qua stet virtus solutiua, quæ est gra 2. 5. quæ dosis est vigesimaquarta pars vnius drag. nō sit dosis scamoneæ.

Oportet ergo allibrare in toto cōposito, qui vult conuenientem dosim inuenire, quanta sit quantitas in toto de medicinis laxatiuis, & quāta sit quantitas totius: deinde ponere dosim de ea in quam cadit quantitas conueniens, vel dosis laxatiuorum simplicium quæ ponuntur ibi.

Et si sint ibi plura laxatiua, non oportet quòd de vnoquoq; ingrediatur dosis conueniens, vt

si est ibi agaricus, turbith, elleborus, scamonea, & aloes, non oportet quòd in vna dosi ingrediatur de vnoquoq; dra. 1. vel 2. quia sufficit, quòd de medicinis vnius gradus tanta quantitas ingrediatur, quanta est dosis vnius earum. Verbi gratia, si sint in vna medicina duæ medicinæ, puta agaricus, & turbith, aloes, & hermodactilus, sufficiet drachma pro quolibet in vna dosi, quia sunt solutiua in eodem gradu. [Et si sit ibi scamonea, mezereon, & quæ sunt eiusdem ordinis, sufficit inter omnes ponere tantum quantũ est dosis vnius solius, vt apparet in dosi quam scribit in pilulis in præallegato capitulo de cura maniæ, quod detur ex eis drag. 2. quod supra ostensum est contra Bartholomeum de vari. esse conuenientem dosim. Et hoc ostensum fuit de dosi medicinæ solutiuę in se, quia ex solutiuo in primo gra. potest dari tãtum, & solutiuo in 2. gra. tantum, & sic de aliis, vt supra patuit.

Sed ostenditur modo ex hac via (sicut dictũ est) procedendo in electuariis, & confectionibus inuestigando quantum de solutiuo ingreditur in dosi, solutiuũ illud est. Re. sticados epithimi, hierę pigrę an. partem vnam, scilicet dra. 1. mirabo. scamoneæ, ana partem mediã, scilicet drag. 5. in toto sunt dra. 4. cuius octaua pars est scamoneæ, & octaua pars est dra. 5. Igitur in dosi duarum drachmarum ingreditur pro octaua parte medietas scrup. 1. 5. scilicet grana 30. Et

ista

ista dosis non est erronea, quia datur scamonea (vt supra dictum est) cum declinantibus eam ad inferiores gradus: nam primo miscetur cum ęquali parte mirabolanorum, qui sunt in primo aut secundo gradu solutiuorum, postea iterum cum aliis solutiuis secundi gradus, sicut de epithimo, & pigra in dupla quantitate, quare pro certo trahitur ad debiliorem gradum suæ operationis.

Et illud in quo maxime errauit Bartholomeus fuit, quum posuit illam medicinam esse in tertio gradu, & dixit quòd dosis medicinarum tertij gradus est a dra. 1. vsque ad 2. vel 3. Si enim debebat hanc dosim reprobare, nō debebat procedere illa uia, sed debebat dicere, quòd quantitas scamoneæ non erat in proportione ad alias medicinas propter multam quantitatem, quare non fit remissio scamoneæ quanta expedit, & tunc reduxisset ad primum, quia quum miscent scamoneam medicinis debilioribus, ea potest poni in tanta dosi, quòd hanc dosim suam maiorem non soluat. Et notum est, quòd in his pillulis non est solutiuum forte nisi scamonea quantum ad virtutem, & debilitatur scamonea propter admixtionem solutiuorum debilium, vt visum est in primo capitulo. Si ergo in hac dosi, quam ponit Auicenn. sint 30. grana scamoneæ, sunt cum repressione ipsorum ad tertiam partem: nā sicut in primo cap.

dictum

dictum est. Si medicinæ solutiuæ in quarto gradu addatur solutiua in primo vel secundo, remittunt eam ad secundum gradum, maxime cũ excedit quantitatem, & sic remittitur illa scamonea, quæ erat in 20. granis ratione associatarum sibi ad 10. gran. & illa est sua dosis conueniens maior sicut expediebat sibi in euacuatione humorum melancholicorum.

Non tamen dubitandum est, quòd illa dosis est nimis magna per id, quod est visum, quãuis Bartho. non rectæ procedat ad improbandum eam, immo improbatio (si qua est) patet per dicta Auicen. Verum est maxime considerandũ in dosi medicinarum de scientia medicinarum, quia nunc tempore nostro medicinæ sunt debilioris virtutis propter impressiones in regionibus ab astris, vt Haly super techini, tractatũ tertio, commento. 88. & celebrantur ab apothecariis. Etiam propter nostra mala regimina bene aggregãtur humores difficilis eradicationis, vt Gale. in commento 28. par. 6. scilicet (eunuchi non podagrizant.) Ex his duobus debentur maiores doses, sed consolate, & cum præparatione humorum.

Est etiam considerandum virtutes modernorum corporum, quæ pro certo sunt debiliores: nam fortitudo virtutis stat per complexiones bonas, & bonitatẽ humorum. si ergo modo humores innaturales multiplicentur, destruuntur

pro certo virtutes, & ex hoc doses debent esse debiliores.

Et ideo posuerunt authores gradus, & latitudines in dosibus, vt pro exemplo, de scamonea detur gra. 4. vsque ad 10. vel 12. quia debilior dosis in debilioribus, & fortior in fortioribus, & mediocris in mediocribus, & sic diuersificãdo eas per alias indicationes: nam cum damus sine acuente, & adiuuante eam, damus plus de ae: & cum damus cum iuuantibus, damus minus, & sic est intelligendum in aliis cõiecturalibus.

Item medicinæ quæ diu steterunt sunt fermentate simul, & impressio solutiuorum est debilior, sed recenter factæ habent de virtute solutiui multum.

Et ex hoc notandum, quòd medicinæ solutiuæ in quarto gradu sunt meliores in pillulis cũ sint plus fermentate, & ideo securiores. alię autem, s. tertij gradus possunt dari in confectione & decoctione vbi nõ stent nimis, & si stent, diu potest dari maior dosis: solutiuæ autem primi & secundi gradus debent dari recentiores siue recentes.

Expeditum est supra hoc quod de esse medicinarum concepimus. Deo autem duce dicemus super quinto colliget de aliis medicinis, & cibis sicut diu opinati sumus, quòd sic est dare quatuor gradus in cibis, sicut in medicinis tam solutiuis, quàm non solutiuis, vt si v.g. secundum

quòd

ꝙinueſtigat Auer. cibus tẽperatus eſt caro huma na, & cibus primi gradus caro pdicis, hędi, capo nis, & in ſcđo gradu paruus pullus, & in tertio, carnes cõmunes, & in quarto cibaria, q̃ ſubſtantia ſua sũt groſſa, nec humano corpori ꝓportionata, aut cibaria habentia ratione medicinæ, vt ſalſa, acetoſa, lubricatiua &c. de quibus ad prædictum locum reſeruamus.

FINIS.

THOMÆ DE GARBO

TRACTATVS

De reductione Medicinarum ad actum.

QVONIAM nihil charius, ac vtilius exiſtit, q̃ breuiſſime loqui, dicit Galenus 4. de ingenio ſanitatis, ideo ad vtilitatẽ ſtudẽtiũ volẽtes aliqua iuxta materiã minimã facultatẽ in materia medicinę excutere, Tractatũ quendã breuẽ quãto plus poterimus, cõſtituemus, ꝓcipuè duæ materiæ ꝑtractãtes. In quibus modica difficultas nõ exiſtit apud noſtrum debilẽ intellectũ. Et primo inueſtigatio erit de reductione medicinarũ ad actũ. Scđo qualiter & in cõparatione ad quid medicinæ in diuerſis gradibus reponãtur. In primo inueſtigabili tot fuerũt iã opiniones, quot capita, & ideo recitabimus ſolemniores eas ꝑtractãdo. Genti. n. de Ful

gineo

gineo in quæstione q̃ de hoc disputat, longiorẽ facit quãplurimũ tędiosam. Cõciliator. n. differẽtia, 44. in medicinis calidis cũ Gal. concordat quod ponetur. De frigidis aũt dixit, ꝙ reducuntur ad actũ per quandã antiparastasim. Nã ipsa circũdata à calore nostro innato, quasi per modũ antiparastasis vnitur, & congregatur in sui virtute, cõcitata à suo cõtrario: Vnde vigorata, & augmentata in operationẽ prodit, in quã prius nõ poterat, quemadmodũ accidit de calce cũ aspergis eã aqua frigida. Post hanc opinionẽ nõ procedamus, quia satis in propatulo est renuenda. Et licet forte proteruè posset sustẽtari. Galenus aũt pro certo est opinatus, si quis attentè attendit eius dicta, primo & tertio de simplici, & tertio de cõpositionibus, quẽ Dynus tanquã euangeliũ sequitur, & eius mentẽ perfectè elucidat 2. can. & nimis prolixe, ꝙ medicinę tã calidæ, q̃ frigidę possunt dici respectu corporis nostri tales in potentia, cũ non agant primo occursu. In hoc tñ diuersificantur: qa medicinę calidę dicuntur tales in potẽtia essentiali, quia verè a corpore nr̃o acquirunt effectiuũ, principiũ scilicet calorẽ actualẽ, per quẽ alterant corpus nr̃m. Hæc aũt caliditas in diuersis medicinis a nr̃o calore generatur diuersa, & diuersorũ graduũ, nõ ex diuersitate agẽtis, cũ in vnico cor[illegible] nõ sit nisi vnus calor, sed hoc est ex di[illegible] patiẽtis, ex sua diuersa mixtione elemẽtorũ apti

natu

nati diuersimode ab agente vnico aliter, & aliter transmutari. Vnde non est inconueniens ex dispositione passi qualitatem in eo intensiorẽ induci, quàm actualiter sit in agente. Et talis est aptitudo receptionis huius caloris in medicinis a corpore nostro, quòd vna medicina in quolibet corpore quantum est de per se, est apta nata simpliciter ad eundem gradum caloris, quæ quidem sic reducta diuersimodè diuersa corpora propter eorum diuersitatem transmutat, vt post apparebit, cum de gradibus loquemur. Per accidens autem, & ex aliquibus conditionibus annexis, potest vna medicina in diuersis ad maiorem caliditatem transmutari, sicut patet de melle dato seni, & iuueni. Quod autem medicinæ calidæ non sint tales actualiter, sed a corpore recipiant, patet; quia tunc ipsæ agerent primo occursu, etiã aliqua medicina, in qua abundat plus actualis caliditas, quàm alia, est minus calida respectu nostri, vt patet de musto, & vino antiquo sicut etiam in multis mineralibus videtur exuberare actualis frigiditas, & tamen respectu nostri sunt medicinæ multum calidæ. Medicinæ autem frigidæ solum dicuntur tales in potentia accidentali, quia frigiditatem per quam nos alterant, habent a se, nec a nobis acquirunt. Cum corpus nostrum eas calefaciat, non infrigidet. Calor autem non generat frigus de per se. Indigent tamen ad hoc vt possint nos alterare ad mi-

nima

nima diuidi, & rarefieri, & euaporari, vt possint ad intrinseca corporis penetrare, & in ipsum agere. Cum melius fiat actio per contractum, vnde calor noster solum eis comparatur, vt extrinsecum dans ei motum, & penetrationem cõmunem. Quod Gale. 3. de simplici vocat motũ de foris. Et propter hoc tertio de complexionibus dicit, quòd ea quæ infrigidant non mutantur a corpore, nec parum, nec multum, & intendit quantum ad principiũ effectiuum, per quòd nos habet infrigidare. Vnde si possibile esset, ꝙ in eis fieret prędicta diuisio, & euaporatio absq; hoc, quòd calefierent adhuc plus infrigidarent, ex calefactione tamen illa est iuuamentum magis in infrigidatione, quàm prohibitio infrigidationis ex calefactione. Ex iis apparet quomodo frigidę medicinæ possunt dici respectu corporis nostri, tales in actu, & quomodo tales in potentia. Contra istã opinionem arguit Gentilis, & dicit argumentum suum firmiter demõstrare, vel insolubiliter concludere. Arguit, In entibus naturalibus nõ est minoris essentiæ forma caloris, quàm forma frigoris, sed reperiuntur res, de quibus loquitur, quæ de se habẽt principium infrigidandi, nec id acquirunt a calore nostro: igitur & res debent similiter reperiri, quæ in se habent principium calefaciendi, siuè formã caloris, nec oportet vt id a calore nostro acquirant. maior est vbique Galeni, qui vult, ꝙ
caliditas

caliditas inter omnes qualitates sit efficacissima: & minor est sua, vt iam prædictum est. Mirandum est de tanto viro, quomodo ceciderit in tã vili medio, dicens illud demonstrationem esse. Primo enim si sua forma sit syllogistica, vt eam construit, minor non sumitur a maiori, vt patet cuilibet Logicã intuenti. Et ideo sua ratio æquiualet huic consequentiæ, quæ satis est debilis: forma caliditatis non est minoris perfectionis forma frigoris. Igitur si res frigidæ sunt actualiter frigidæ, res calidæ etiã debent esse actualiter calidæ. Nunc autem nulli dubium est, quòd hoc consequens nullatenus sequitur ex antecedente illo: Nam licet actualiter calor concedatur esse pfectior forma frigore actuali: nullius consequentiæ robore sequitur. Igitur cum ista est actu, & illa debet esse. Amplius ratio hæc, quam sic arduam appellat, non aliud concludit, nisi quòd quærit reductionem causæ cuiusdam potentiæ per illam opinionem. Quare si medicinæ frigidæ sunt actualiter frigidæ: Calidæ autem solum in potentia: Ad quod respondemus, si prædictam sequamur opinionem, quòd caliditas cum est multum consumptiua rationabiliter non poterit naturaliter in aliquo subiecto reperiri actualiter, nisi vel in elemẽto simplici, in quo non est cum aliquali cõtrarietate ad suũ subiectum. Cum non sit elementum corrumpi ab intrinseco, vel in mixto, in quo est anima. In

quo

quo quidem est regeneratio naturalis caloris. Et propter illud animata possunt cum decenti tempore perdurare. In aliis autē si fuisset actualis caliditas, breuissimo tēpore perdurasset propter eius velocem consumptionem. Cum igitur natura intendat ad conseruationem rerum, quas producit, quanto plus potest prædictas res non facere actualiter calidas, sed potentialiter tantum. Res autem frigidas potuit conserua tione earum tempore condecenti, vel actualiter facere: cum non sit qualitas consumptiua subiecti in quo, vt per se notet. Ipse autem huic rationi dat tres solutiones, & eas impugnat, quæ mihi non placent. Opinio autem ista, scilicet nobis non placet, & vnum præmittimus, quòd in hac materia non possibile est bene secundū aliquam opinionem demonstrare, nec forte aliquem demonstrantem mediis impugnare. Sed illi potius intendemus, quam probabilius, & magis verisimile potest induci. Primo.n.opinio Galeni est renuenda quantum ad medicinas calidas, in quo dicit, quòd non agunt primo occursu, nisi prius corpus agat in eas. Nam experientia manifestè apparet, quòd si accipiatur piper tritum, vel euforbium, & approximetur linguę, statim ipso primo occursu mordicat linguam, & calefacit: sed quòd sic subito lingua in illis tantam generet caliditatem apparet multū extraneum. Et confirmatur. Nam non citius

manus ſi approximetur vni calido actuali, vel etiam lingua ab illo calefieret, & percipiet eius caliditatem, quam faciat, cum ſi approximatur euforbium tritum, vel piper, & ſimilia, & hoc poteſt quilibet experiri, Igitur iſta ita agũt primo occurſu, ſicut illa, quę ſunt talia actualiter, & per conſequens ita habent formam, per quam agunt in actu, ſicut & illa. & iſtud ſimiliter experitur, cum prædicta approximantur alicui parti vlceratæ, & mundæ, ſeu nudæ a ſorde, Amplius ſatis forte ſignũ eſt, quòd illa non ad talem actualem gradũ calefiant a corpore, quia medicina calida in quarto poſtquam operatur in corpus, & reducta eſt ad actum, ſi euomatur, inuenitur ſub caliditate tepida, & non intenſa. Et licet hoc poſſet dici de vaporibus, & ſubtilioribus partibus eleuatis ab illa &c. Amplius ſimile videtur his quæ calefiunt a corpore noſtro in eo, quod dicetur. Et de rebus, quæ exterius calefiunt. Et eſt hoc, quòd agens cæteris aliis partibus fortius in eodem paſſo, videtur intenſiorẽ effectum inducere. Nam licet vna res ex ſui diſpoſitione intrinſeca ſit apta ab vno agẽte plus calefieri; quàm alia. Iſta tamen met à fortiori agente calidus prius debet calefieri, quàm a minori: ergo ſi forma qua medicina agit, exhibetur a calore noſtro, ſequitur quòd caliditas vni medicinæ exhibitæ a corpore calido ſit valde in tẽſioris gradus, quàm a corpore temperato, vel

frigido

frigido. Et sic destruerentur multa principia Galeni. Primo, quòd medicina calida in primo non conseruabit corpus calidum in primo. Secundo, quòd plus alterabit illud corpus, quàm corpus frigidũ, & multa similia principia, quæ apud eum sunt falsa, vt patebit in secunda parte huius Tractatui, cum loquemur de gradibus, & ibi reseruetur. Et confirmatur illud principiũ assumptum: non enim videtur magis inconueniens, quòd sicut medicina aliqua propter sui præparationem paruam recipit de calore vltra gradum caloris nostri corporis, sicut ex formatione caloris in vno corpore plusquam in alio ad intẽsiorem caliditatem, habeat in illo reduci. Et vult cum illud, in quo causa appareat, quòd idem passum à vehementiori agente vehementius patiatur cęteris aliis partibus. Negare istud principium, esset quoddam dictum ad placitũ, irrationale multum. Prędicto autem principio firmo, tota opinio Galeni destruitur, vt intuenti patebit dicta eius de gradibus. Dicta autem opinio quantum ad medicinas frigidas pertractabitur in sequenti opinione, quæ illud idem affirmat. Gentilis autem in solutione huius dubij tres ponit modos, quorum quilibet sibi placet. Et primus est, quòd omnis medicina tam calida, quàm frigida non alterat nos, nisi per principium, quod in se habet in actu. Frigida quidẽ, quia naturaliter actualiter est frigida, & calida,

quia verè actualiter calida. Et ideo prædictæ medicinæ solum dicuntur tales in potentia ad actum secundum, non autem ad primum. Ad hoc autem respondet ipse adducens multas rationes satis leues Prima complexio medicinarum est ex principiis alteris constituta se ipsa, ergo se ipsa est actiua. Secũda, medicinæ habẽt actu formas substantiales perficientes materiã: ergo actu habent complexionem. Tertia, non sunt minoris existentiæ qualitates tangibiles, quàm visibiles, odorabiles, gustabiles: sed istæ sunt actu, ergo & illæ. Adducit enim rationem supra factam ab eo, contra Galenum, quam dicit fortem valde. Alia ratio. Illa qualitas est principium actiuum in medicina, per quam inuestigamus signum sumptum a facili, vel difficili congelatione, vel inflatione, vel dolore, vel odore, & similibus prius illa res nobis occurrit, sed per ista inuestigatur nobis actualis caliditas, vel frigiditas in illis existens, ergo. Alia ratio, medicinæ extra se transmutant se ipsas per accidentale principium, quod habent, sicut patet in fermentatione tyriacæ, ergo consimiliter trãsmutant nos. Istę modus dicendi, salua sua reuerentia, sustentari non potest, & assumo vnicam solam rationem, quam ipse cõtra se facit, quæ concludit absq; dubio, & eius solutio ad eam prorsus est nulla: Et licet ipsę multipliciter contra se instet, alias dimitto, &

ratio est ista. Si medicinæ tam frigidæ, quàm calidæ sunt actu calidæ & frigidæ, tunc agerent in nos primo occursu. Vnde tangendo eas manu, nos calidæ calefacerent, & frigidæ infrigidarent. Cuius contrarium expresse experimur. Et apparet consequentia, quia si medicina multum calidior manu mea in sui natura nõ est alterata ipsá manu approximata vehemẽter eá calefaceret. Ita vult de quacunque re actu calida, apparet, & sic etiam de actu frigida. Immo tunc actiuo sufficienti approximato passiuo disposito non fieret actio, quod est absurdum. Ad istam rationem primo ipse respondet, quòd ideo non agit primo occursu, quia indigent tempore antequam agant. Sed pro certo istud nihil est dicere, quia si piper toto die teneretur in manibus, non calefaceret manum caliditate de qua loquimur. Secundo soluit, quòd medicinæ prædictæ indigent subtiliori, si debent agere, vt attingant corpus: sed istud non valet, vt ipse instat, quia saltem debent illud quod immediate attingunt alterare, sicut patet de quolibet alio actuali calido. Ad istud soluit, quòd qualitates elementorum nos possunt transmuttare statim cum occurrũt, non indigentes alia dispositione. Sed complexiones mixtorum non possunt hoc agere, nisi acquirant quandam subtiliationem. Et hoc, quia illa sunt tales sub actu proprio, sed complexiones

illas continẽnt in virtute. Iſta ſolutio eſt aliquã-
tulũ rudis. Primo, quia iſta opinio ponit, quòd
licet complexio non ſit qualitas ſimplex, tamen
complexio calida eſt actualiter apud me calida,
aliter non poſſent dici tales in actu, vt aſſerit.
Etiam hęc dicta irrefragabiliter refragantur,
quia ad ſenſum videmus, quòd abſque omni
ſubtiliatione corpus flegmaticum calefit a cole
rico. Et tamen vtrunque habet qualitatem non
ſimplicem, ſed commixtam. Igitur oportet, ꝙ
aliter ſit calefactio corporis a medicina calida
quàm corporis vnius a corpore alio calidiore
illo, quod nullatenus præfata opinio explicare
non poterit, ſecundum modum prædictum, ni-
hil aliud ponendo. Aliter etiam prædictam ra-
tionem ſoluit, & dicit hanc eſſe ſolutionem me
liorem, quòd forma complexionalis approxima
ta cuicunque ſpeciei mixtorum de ſui natura
habet quod non agat, niſi aſſociata tali forma,
ſcilicet ſubtilior ſubiecto, nec hoc eſt magnum
mirum, cum videamus multas formas non age-
re, niſi multis aliis aſſociatis, ſicut calor requi-
rit lucem, ſicut dicitur de ſtercore lupi, ſi ſuſpẽ-
datur cum pelle lupi, vel cum lana ouis euaden-
tis lupum, quòd confert in colica, & multa alia
ſimilia. Sed in veritate iſta, quam affirmat verio
rem, eſt multum rudior. Nam reliquum eſt val-
de deformis ſpecificis, quæ agunt in determina
tum ſubiectum: & de iſtis primis qualitatibus,
& hoc

& hoc siue sint simplices, siue commixtæ, quod manifestè apparet, si vnum corpus, vt colericũ contingat flegmaticum, vt prædictum est. Et sic de quocunque actualiter calido, vt sensibiliter est videre. Singulariter autem absurdum videtur, & irrationale de medicinis frigidis, ꝙ sint actu tales, quia vt alii dicunt, etiam sicut opium assumptum si postquam suam operationem facit, euomatur, non inuenitur actu frigidum, sed tepidum. Sed quòd res existens actualiter tepidi caloris infrigidet, tunc per frigiditatem actualem est absurdum, nec potest dici bene, ꝙ infrigidet, per vapores transmissos, quia illi vapores sunt etiam actuali tepiditate, sicut patet de vapore aquæ, quousque est sub forma vaporis, & forte ad hoc diceret Galenus, quòd prædicti vapores tunc cum sunt sub tepida caliditate non infrigidant, sed postmodum cum ad membra peruenerint, reuertãtur ad frigiditatẽ actualem, quemadmodum etiã balneum dulcis aquæ infrigidat, quia aqua intra corpus ad suam frigiditatem reuertitur. Et quomodo hoc sit, sic esset materia extrinseca, ad quam modo non intendimus. Rationes autem supra positæ non soluuntur, quia intelligentibus loquitur. Alia est etiam in hoc quæsito opinio, quam etiam Gentil. affirmat. Et est Auer. collig. v. ad litteram, & est ꝙ tam medicinæ calidæ, quàm frigidæ sunt tales in potentia essentialiter respectu corporis no-

ſtri, quia in ſe non habent niſi in potentia receptam illud, quo calefiunt, vel infrigidant. Fiunt autem actu tales à corpore noſtro per hunc modum, quia ſicut cibus calidus calefacit, quia conuertitur in chylum calidum, ſic frigidus infrigidat, quia conuertitur in chylum frigidum, & ſanguinem &c. ideſt diminutè calidum, & in hoc eſt differentia cibi ad medicinã, & conuenientia quædam cibi, & medicinarum ex vna parte ad ea, quę ſunt venena ex alia parte cum iſta ſolum tranſmutent, & non tranſmutentur. Differentia autem cibi, & medicinarum eſt, quia cibus ſic in chylum, & ſanguinem, & humiditates conuertitur, quòd vltimo vnitur ſubſtantiæ membri, & corpori noſtro. Medicina autem quæ non eſt cibus, ſic conuertitur in chylum & ſanguinem, quòd vltimo non vnitur membro, & ideo æquiuocè dicitur ſanguis, & chylus, & humiditas ſecunda de illis, in qua conuertitur cibus, & de illis, in quam conuertitur medicina. Et ideo inter eſt differentia, quia cibus nunquam poteſt fieri ſanguis niſi prius fiat chylus, nec poteſt fieri humiditas ſecunda, niſi prius fiat ſanguis. Medicina autem poſſet conuerti in ſanguinem, & licet non fiat chylus, & humiditatem ſecundam, & licet non fieret ſanguis. Et ex hoc ipſe ſoluat reductionem medicinarum frigidarum ad actum extrinſecus approximatarum, quas non oportet

ire ad epar, vel ſtomachum, vel aliquid eorum, vt fiat chylus, & ſanguis. Poſſunt enim in humiditatem ſecundam conuerti extrinſecus in poris, & licet non prius fiat chylus, vel ſanguis, ex ipſis,& ſic ad actum reduci. Sed licet pro certo hæc opinio ſit tanti viri, Auer. non acceptatur. Et primo, nam fruſtra fit per plura, quod æquè bene poteſt fieri per pauciora, ſed omni illo modo poteſt medicina calida calefacere, & frigida infrigidare, quo ipſe poteſt ponendo prædictas medicinas non tranſmutari, ſecundum formas ſubſtantiales ad chylũ, vel ad ſanguinem, &c. Sed ſolum qualitates, vt bene patet intelligenti. Igitur fruſtra ponitur iſta talis transformatio,& confirmatur. Nam eſt ſupradictum. Videmus piper, & ſimiles medicinas ipſo primo occurſu ad linguam agere, calefacere,& pungere. Et ſatis videtur inopinabile, ꝙ ſic ſubiecto primo occurſu ſit facta trãſfo rmatio non in humiditatem ſecundam,cum valde magna ſit diſtantia inter piper, & prædictam ſecundam humiditatem. Et licet iſta dicatur æquiuocè ad illa quæ fit ex cibo, quæ ſit inter ſanguinem & humiditatem ſecundam. Cùm tranſmutatio ad ſanguinem ſit præparatio magna ad prædictam humiditatem, ſed in conuerſione ſanguinis ad humiditatem prædictam requiritur tempus ſatis magnũ, igitur &c. Et ſi quis affirmaret illud eſt ponere ad placitum

tum

tum, quemadmodum ſimilitudo poſſet poni, q in omni actione cuiuſcunque agentis per contractum non fit actio, niſi cuius agens, vel pars eius in aliud transformetur: nec contrariũ poſſet probari quod eſt ſatis abſurdum. Et confirmatur. Et ſumo propoſitionem Auer. met. Et hanc inſtantiam Gentil. facit contra eum. Calor naturalis non habet aliquam viam generandi frigiditatem, igitur non habet viam dandi medicinis frigidis illud quo nos infrigidet. Cum aliquæ medicinæ nos infrigident, ſicut aqua, & eſt contra ipſum. Reſpondetur, ſicut reſpondet Gentilis, quòd medicina frigida nõ verè frigida, ſed eſt diminute calida in comparatione ad nos. Calidum autem diminutum approximatum calori habet illud infrigidare, & ſecundum diuerſam diminutionem illud plus & minus infrigidare: Quemadmodum poteſt reperiri fluxio ſuo diminuto calore occidens, vt in ſyncopali humoroſa. Sed pro firmo ſecundum hoc non oportet ponere medicinam conuerti in chylum, & ſanguinẽ, &c. Cum per illũ met diminutum abſque tali conuerſione poſſit nos infrigidare, ſicut facta conuerſione. Secundo ſecundum hoc oportet tenere, quòd in opio & in quolibet mixto nos quantuncunq; infrigidante, licet in comparatione ad nos ſint frigida abſolute, tamen ipſa erunt plus calida, quàm frigida, quod eſſet ſatis graue ſuſtinere. Sed hoc

eſſet

esset extra propositum principale. Et sicut vides dicta Auer. sunt satis dicta ad placitum absque fundamento alicuius medij. Et si dicatur, quòd isto modo nos infrigidant cibi frigidi, & cibi calidi. Certe dicendum, quòd non, immo prædicta nos alterant, quia conuertuntur in chylum, & sanguinem, &c. Illud enim inest eis pro quãto participant rationem cibi, & à materia agũt: sed non alterant pro quanto participant ratione medicinali, quam quid alterationem facerẽt, sicut aliæ medicinæ. Et quantũcunque non fieret in eis conuersio in chylum, vel sanguinem, vel humiditatem. In quantum enim sunt medicinæ hoc accidentaliter eis inest. Tertius modus dicendi est etiam Gentilis, quem d. fuisse opinionem Auic. Et est, quòd medicinæ, quæ dicuntur tales in potẽtia, habent suos modos cõplexionis diuersos, secundum diuersitatem earum. Et quòd tales complexiones sunt in eis in actu, sed tamen ipsæ non possũnt cum eis venire ad operationem calefaciendi nos, vel nos infrigidandi. Et ideo dicuntur tales in potentia respectu nostri, sed cum calor calefecerit illas, tũc calor datus eis stat sicut forma, & perfectio. Et tunc ex complexione prima, & calor dato integratur vnum principium actiuum, & tunc agũt frigida infrigidando, & calida calefaciendo. Et est simile, sicut de membris corporis nostri, quorum quædá sunt calida, & quædam frigida, quæ

in ope-

in operationem exire non possunt, nisi actuata à calore eis transmisso à corde, ex quo cum ipsa complexione innata fit vnicum principium actionum in eis. Iste modus ponendi habet difficultates iam supradictas. Quantum enim ad medicinas calidas concurrit cum modo Galeni, & non ex toto: quantum ad medicinas frigidas quasi concurrit cum modo Auer. Et licet ille non ponat transmutationem in substantia ad chyli formam &c. vt illa. Vnde secundum istum modum, sicut secundum illum oportet teneri, quòd forma caloris à nostro calido, medicina exhibita est illa, per quam medicina nos infrigidat. Et quòd quælibet medicina quantûcunque frigida absolute sit plus calida, quàm frigida, licet nos vehementer posset infrigidare. Et in summa ad hãc opinionem sequitur, quòd aliqua res per caliditatẽ sibi additam possit multò plus infridare, quàm sine illo calore poterat, quod videtur absurdum, cum calor contrarietur frigori. Et quare à sic opinante Auer. in medicina antequã in eam operetur calor innatus, absolutè loquẽdo, abundet plus calor, quàm frigus, Et semper loquor de calore & frigore actuali, vt ipsemet loquitur: ergo per additionem caloris calor suus debet plus augeri, & frigus remitti. Et per consequens postmodum minus infrigidare, si dicatur, quòd in ea abundet plus frigus, quàm calor. Igitur per eam minus abundat

dat frigus exhibito sibi illo calore, ergo tunc debet posse minus infrigidare, quàm prius, quorum nullum sequitur ad illud, quod post ponetur a nobis. Alia est opinio plusquam Commentatoris in teg. & est opinio, quæ magis adhæret illi, quod credimus esse verũ, quàm aliqua aliarum. Et opinio ista est, quòd medicina tam calida quàm frigida, quæ dicitur esse talis in potentia, non reducitur in corpore nostro ad actũ caliditatis vel frigiditatis, quia tam medicina calida, quàm frigida si euomatur cùm suam facit operationem, non inuenitur sub illa caliditate, vel frigiditate, vel simili illi, quam inducit in nos, sed inuenitur sub tepiditate. Sed medicina calida in corpore nostro reducitur ad actum calefaciendi, & frigida ad actum infrigidandi. Et ideo medicina quælibet cum a corpore recipiat tepidum calorem, per illum non agit, quia tunc non calefaceret corpus, sed reuerberaret similem caliditatem ei, quam habet, nec etiam ipsum infrigidaret. Et mouet dubium, quomodo potest esse, quòd corpus nostrũ exhibeat medicinis calidis, & frigidis actũ calefaciendi, & infrigidandi, cum sit vnicum agens, & non sit frigidum, nec habeat principium infrigidandi. Soluit, quòd agens æquiuocum patienti potest inducere multas formas, vel actus, quos, vel quas in se non habet, & hoc secundum diuersitatem recipientum, sicut

patet,

patet, quòd Sol & ignis dealbat, & quædam denigrat. Et tale agẽs eſt corpus noſtrum reſpectu medicinarum, & ideo poteſt inducere in vna actum calefaciendi vltra eum, quem ipſum habet: in alia actum infrigidandi, quem non habet. Et ex hoc vna poteſt calefacere vltra quàm ipſa ſit calida, & infrigidare cum non ſit in ſe frigida, immo vna, & eadem medicina à diuerſis agentibus poterit diuerſos actus recipere, vnde in diuerſis faciet diuerſos effectus. Et totum hoc accidit propter diuerſas ꝓportiones vnius rei ad diuerſa, & diuerſarum rerum ad vnam, quæ proportiones ſoli naturę ſunt cognitę. Nos autem diſcimus eas experimento. Iſta opinio remouetur à Gentile, quia calor noſter in medicinis non agit, niſi vel ſubtiliationem, vel rarefactionem, vel tepidum calorem, ſed per primum non eſſent tales in potẽtia, ſed in actu, vt ſupra patuit; nec per illum calorem agunt vt ipſe dicit; ergo calor noſter nihil in eis agit, per quod ipſæ in nos agant. Et confirmatur, dicit ipſe. Quid intelligis per actum iſtum calefaciendi, vel infrigidandi, vel ſecundum, vel aliquam formam in medicina, quo iſtum actum facit, non primum, quia non eſt principium actionis, non ſecundo modo, quia natura res in medicina inducitur a corpore noſtro, niſi vel ſubtiliatio, vel rarefactio. Et hoc non. Cum de hoc etiam ipſe reprehẽdat Galenum. Vel calor.
Et hoc

Et hoc non. Cum per illum tepidum calorem non agat, vt asserit. Istas rationes faciliter solueret plusquam Commẽtator, & per verba sua cõsequenter oporteret dicere: Ex quo dicit, quòd corpus nostrum est agens æquiuocum dans ei actum calefaciendi, & infrigidandi. Et quòd per illum tepidum calorem datũ eis non agunt quòd a corpore nostro medicinæ calidæ, & medicinę frigidæ vltra illum tepidum calorem datum eis exhibetur quædam qualitas, vel quædã forma, quæ non est actualis frigiditas, vel caliditas differens multum a medicina calida, vel frigida, a qua qualitate, vel forma, a medicina calida procedit actus calefaciendi, vel habet actum calefaciendi, & frigida actum infrigidandi, & tunc cessant instantię factæ, cum aliud addetur eis quàm diuisio, vel calor tepidus, Si autẽ quæratur, quæ qualitas est ista. Certe est de innominatis qualitatibus, quibus ita consequenter videtur respondendum, si quis vult huic inniti. Et tunc pro certo remanet difficultas, quia sicut calor non videtur habere viam infrigidandi, & faciendi frigus (per se loquor) cum dictione illi sit contrarius. Ita inconueniens videtur, quòd a calore producatur per se forma, quæ de per se sit inductiua veri, & multum intensi frigoris, quod secundum perfectam opinionẽ debet cõcedi, & maximę inconueniens videtur per calorem inductum in re, res de per se acquirat vim

infrigida-

infrigidatiuã. Ponamus igitur nos, quod credimus esse verum in hoc quæsito satis antecedenti opinioni inhærentes. Et licet diuerso modo in aliquibus. Et hæc opinio maxime roboratur per abnegationem antecedentium opinionum, & ideo breuiter aliqua dicam. Resumentes autem aliquas circa hoc ponemus conclusiones. Prima conclusio, quòd forma, per quam operatur medicinæ in corpus nostrum non exhibetur eis a corpore, hoc iam patet. Et licet de calidis non sic bene posset probari, sicut de frigidis patuit. Tamen in opinione Galeni de frigidis autem habitũ est. Nam quòd calor generet frigus, vel illud a quo per se prouenit frigus, satis videtur extraneum. Ex qua conclusione statim sequitur, quòd medicinę agunt per formã actualem, quam in se habent, quia ex quo illam a corpore nostro non recipiunt, nulli dubium est, ꝙ ab alia causa non recipiunt. Secunda conclusio, quòd medicinæ non agunt in corpus nostrum per formam, quæ communiter appelletur actualis caliditas, vel actualis frigiditas, quia tunc agerent primo occursu in tactum saltem excellentis de eis, sicut faciunt alia calida, & frigida excellentia. Istud patet, quia in iudicio de calido & frigido natura est melior regula, quàm sensus tactus. Et maxime, vt Galenus secundo de complexionibus. Tertia conclusio, quòd medicinæ agunt in corpus nostrum per formam, quam

quam in ſe habent actualiter: quæ quidem forma, vel qualitas in calidis medicinis non eſt formaliter caliditas ſaltim ſimilis ei,quam inducit Sed eſt talis caliditas virtualis. Nam quædam agentia dicuntur talia, qualis effectus eſt formaliter,quædam ſolum virtualiter. Et talis eſt prædicta forma. Et ſimiliter in frigidis medicinis prædicta qualitas, ſeu forma non eſt actualis frigiditas, ſed in virtute ſolum. Et iſta concluſio quantum ad primam partem patet ex prima, & quantum ad ſecundam ex ſecunda. Et ex hac cõcluſione ſoluuntur inconuenientia, quæ videntur ſequi ad alias opiniones, quomodo ſcilicet medicinæ poſſunt calefacere in primo, ſecundo, tertio, & quarto gradu. Et quomodo frigidis medicinis à calore nõ exhibetur frigiditas, nec forma, quæ de per ſe ſit infrigidatiua, & multa, quæ inconuenientia apparebant. Quarta concluſio eſt, quòd prædictæ qualitates, quæ tales ſunt virtualiter, & non ſolum in medicinis, ſed in quibuſcunque aliis mixtis dicuntur qualitates tales abſolute, ſed comparatiuè, quæ in comparatione ad diuerſa diuerſos, & alios forte cõtrarios effectus habent inducere. Et hoc maxime experientia eſt notum. Hoc autem ideo propter diuerſam proportionem diuerſorum mixtorum adinuicem, quæ quaſi eſt variabilis in infinitum, vt patet ab Auer. 5. colli. quæ quidem diuerſa proportio non eſt propter aliquam di-

uerſitatem in materia complexionali vnica cadentem, cum ipſa ſit vnica qualitas ſicut qualitas ſimplicis elementi, quodquid quomodo ſit, declaratum eſt a nobis in commento noſtro de differentiis febrium. Sed illud accidit propter varietatem mixtorum in ſuis numeris diuerſimode adinuicem comparatorum. Et quantuncunque naturæ illæ ſimplices exiſtãt, quæ diuerſa comparatio a ſolo Deo comprehenſibilis eſt. Quinta concluſio eſt illa, quòd iſta talis virtualis qualitas poteſt dici forma ſpecifica, & hoc cũ ipſa iam poſita ſit non eſse de primis abſolutis qualitatibus, & cum ipſa agat ſic determinate in vnum, quòd non in aliud, prædictæ tamen medicine a Medicis dicuntur comparari a qualitate, quia agunt in corpus noſtrum effectum ſimilem qualitatibus primis, vnde nos infrigidant, calefaciunt, exſiccant, & humectant, vt ea, quæ primis qualitatibus ſunt affecta, & licet non ſimiliter & omni modo. Sexta concluſio, quòd illa talis virtualis qualitas calefactiua, vel infrigidatiua, & ſic de aliis qualitatibus plus habet eſſe in quibuſdam partibus medicinæ, quàm in quibuſdam aliis. Et hoc eſt propter diuerſitatem medicinę, ſicut & aliorum mixtorum. Mixta enim non ſunt in ſuis partibus vniformia, ſicut elementa. Et ex hoc ſoluantur aliqua, quæ apparent de operationibus medicinarum extra approximatarum. Septima concluſio, ꝙ prædicta

prædicta qualitas virtualis nō quomodocunq; nobis approximata operatur in corpus nostrū, sed cum corpus nostrum ingreditur à medicina, vel etiam medicina extra posita secundum sui partes intrinsecas penetrat. Et hoc quia prę dicta qualitas non est absolute in nos actiua, sicut agentia, quæ talia formaliter calidū vel frigidum, & licet nos non tangat, nos tamen alterat alterādo medium multò amplius nobis immediate approximando. Octaua conclusio, ꝙ quædā medicinæ possunt dici ad actū à calore nr̄i corporis, ꝓ quanto actio caliditatis nr̄æ in eas vehemēter iuuat, ad operationes earū inducendo eas, diuidēdo, & rarefaciendo, & subtiliādo. Ex quo vehementer possunt intrinsecas partes corporis penetrare. Et talis operatio vehementer iuuat medicinas exterius approximatas subtiliores partes medicinæ attrahēdo, & faciē do intrinsecas penetrare, vt quia ex hac tali operatione possumus dicere calorē nostrū excitare virtutē medicinæ, & licet in eis prædictā virtutē actiuā nō generet, qđ Aui. videtur intellexisse in quodā verbulo in secūda fe. illi primo ca. Loquamur nunc de causis, vnde loquēs de iis, q̃ operantur per qualitatem dicit. Quòd autē hoc est quia talia sunt in effectu, aut actu, aut propter quòd qualitas hoc est in potentia. Sed calor innatus qui est in nobis, commouet virtutem agē tē in ea, & ipsam ad effectum. Et notanter dixit

cõmouet, & nõ generat, vel facit. Ex qua cõclusione patet, ꝙ licet illę medicinæ habeãt in actu principiũ per qđ agunt, ipsę tñ plus possunt appellari tales in potẽtia, q̃ ea q̃ sunt talia formaliter, qa nõ quomodocũq; agũt, sicut illa, sed oportet ꝙ intus corpus nostrũ penetrẽt: qđ in medicinis exterius approximatis est per operationẽ caliditatis in eis. Et similiter illę, q̃ interius assumuntur ad hoc vt bene possint corpus alterare, oportet ꝙ in mẽbrũ penetrent, & ꝙ ꝭm sui partes, in qbus maxime est ꝑdicta virtualis qualitas maxime mẽbrũ cõtangat, & immisceatur, sicut patet de grano piperis cũ integrũ trãsglutitur, qđ quid non multũ calefaciet, nisi colligitur, & cõteratur, vt ꝭm sui partes possit in membri poros penetrare, & superficiei mẽbri adhęrere. Et hoc volebat sexta cõclusio si eã ꝑpendis. Et quia talis euaporatio, & diuisio fit à calido nr̃o, hinc est ꝙ respectu nr̃i possunt tales in potẽtia appellari. Et licet ẽt absq; oĩ tali operatione interius approximatæ medicinæ operentur, licet nõ tantũ. Et hoc quia respectu nostri ipsæ interius penetrantes habent eorũ virtutẽ in actu, sicut patet de pipere, & cõsimilibus agẽtibus primo occursu ad linguã. Et hoc est quod nobis apparet dicendũ in primo quæsito. Et licet adhuc multa essent excutienda, quæ aliter gratia breuitatis omittimus, dantes ex iis eis vias inuestigandi alterius.

THO-

THOMAE DE GARBO TRACTATVS

De gradibus medicinarum.





N Quæſito de gradibus, quod erat ſecundũ inueſtigabile qualiter, & in cõparatione ad quid medicinæ reponantur in gradibus, fuit opinio Galeni, quã ſequitur. Et voluit Gal. 3. de complexionibus, quòd talis ſit medicinarum ad corpora, qualis corporum inter ſe. Et ſimiliter cõparantur inter ſe, ſicut corpora inter ſe comparantur. Sicut ergo omnia corpora diſtemperata dicuntur talia, calida, frigida, humida, & ſicca in comparatione ad temperatum. Et in tali vel tali gradu dicuntur in comparatione ad temperatum, ita omnes medicinæ dicuntur calidæ, vel frigidæ, vel ſiccæ in tali vel tali gradu, in cõparatione ad temperatum corpus. Temperata enim medicina talis dicitur reſpectu temperati corporis, & ideo quemadmodum corpus aliquod reſpectu temperati aliquod corpus cali-

dius habet remittere, & infrigidare, ſic etiam medicina calida primi gradus ſupra temperatũ corpus calidum in ſecundo in ſuo calore remittet, & infrigidabit. Nam minus calidum reſpectu corporis appellatur frigidum. Nam ſi medicina diceretur talis, vt calida, & talis gradus, vt primi vel ſecundi in comparatione ad totam latitudinem humanæ ſpeciei, ſequitur quòd calida in primo calefaceret corpus calidum in ſecũdo, & quòd calida in ſecundo calefaceret corpus calidum in ſecundo. Et quòd tẽperata omni corpori eſſet temperata, & multum ſimilia, quæ omnia ſunt abſurda: cùm minus calidum remittat maius calidum, vel etiam intenſius: cũ etiam corpora ſuis ſimilibus cõſeruentur. Corpora etiam cum ſint valde diuerſa in ſuis propriis temperamentis, diuerſis valde temperamẽtis medicinarum indigeant. Et confirmat Galenus hoc per exemplum valde manifeſtum de vrina approximata cũ mingitur homini infrigidato, cui apparet calida, & approximata homini exiſtenti in thermis calefacto, cui apparet frigida, & infrigidat. Cum igitur in comparatione ad diuerſa corpora vnica medicina dicatur diuerſarum complexionum contrariorum, & contrarios habeant effectus inducere, videlicet quòd talis complexionis, & talis gradus dicatur in comparatione ad aliquod medium, in comparatione ad aliquod dicatur vnius complexio-

nis,

nis, & vnius gradus. Tale autem medium non est in corpus temperatum in comparatione, ad quod etiam talia corpora distribuuntur. Et habent in se medicinæ similiter inter se, sicut & corpora. Et ideo medicina vnius gradus remittit eam, quæ alterius gradus existit, quemadmodum debent quòd ea, quę primi gradus ei, quæ tertij adiuncta reducit illam ad secundum gradum. Et vult Galenus, quòd similis est compositio medicinarum ad corpora sana, & ad corpora ægra, cum secundum diuersas ægritudines corpus diuersificetur in calore, & frigore, & gradibus diuersis: & ideo vult, quòd aliqua medicina frigida non multum, vt quæ primi gradus competeret in ægritudine frigida intensioris frigiditatis, sed non sufficienter illam curaret, cum non tantum distet à temperato ad contrariam qualitatem, quales debent esse causæ curatiuę. Et ex iis habet ponere hęc opinio, vt supra dicebatur, quòd medicinæ quæ reducuntur ad actum propter suam aptitudinem potentialem quantumcunque vnica earum diuersis administretur corporibus, ipsam ad gradum eundem in quolibet corpore reduci, & quantum est de per se. Nam si medicina calida primi gradus supra temperatum, & in temperato corpore ad primum gradum reducta, in corpore calido in primo non reducetur etiam ad primum gradũ solum respectu temperati, sed ad intensiorem

gradum propter caliditatem corporis, sequitur, quòd corpus calidum in primo non conseruetur per medicinam calidam in primo, immo ab illa alteretur ad vlteriorem caliditatẽ, quod est contra præfatam opinionem. Immo sequitur, quòd medicina calida in primo minus alteraret corpus frigidum, quàm corpus calidum in primo, hoc est fundamentum, cùm hoc corpus frigidum in primo reduceretur ad temperatum, vt patet in tegni: corpus autem calidum in primo habet conseruare, & conseruatio non est alteratio, & patet consequentia: quia in corpore frigido reducetur ad caliditatem valde minorem supradictum corpus, quàm in calido corpore. Prædicti autem gradus ab auctoribus ponuntur esse quatuor, & quilibet ipsorum ponitur habere tres mansiones, & ponunt vlterius, quòd medicina vnius gradus potest ad vlteriorem gradum agere per multam reiteratam exhibitionem, vel per multam quantitatem eius. Hęc oĩa quasi dicta extrahuntur ex dictis Galeni 3. de cõplexionibus si perpẽdis bene eius dicta. Sed illa opinio multis ex uiis est renuẽda. Primo per rationẽ superius cõtra opinionẽ Gale. de reductione medicinarũ validarũ ad actũ, ꝙ medicina vna in diuersis corporibus ad diuersum actũ debet reduci, quæ ratio multũ est apparẽs in quibuscunq; rebus deducatur, nisi solũ in proposito daretur instantia, quod

videtur dictũ ad placitum ſolum, reſpice eã ſupra: & cõfirmatur. Nã ſi aliqua medicina calida infrigidaret aliquod corpus, ſequitur, ꝙ quãto pluries prædicta medicina ſibi exhiberetur in quantitate materiali, tanto plus infrigidaret illud, quod videtur abſurdũ. Et tenet conſequentia, quia ſic per iteratione͂, & quantitate͂ maiore͂ frigida medicina exhibita corpori te͂perato, illud vltra gradum ſibi debitum infrigidat, ſic ex quacũq; alia medicina reſpectu illius corporis, reſpectu cuius ponitur eſſe frigida: illud continuè magis infrigidabit. Et confirmatur experie͂tia manifeſta, quæ negari nõ poteſt. Nam nulli dubium, quòd corpus aliquod cuiuſcunque cõplexionis ſit, ſiue calidæ, ſiue frigidæ, cùm febricitat ex multis rebus calidis inflammabitur valde, ex quibus cùm erat ſanum non inflãmabatur, immo etiam corpus calidum, quæ ſibi erãt temperatæ. Cum tamen prædicta opinio tenere habeat, quòd ex illis non inflammabitur, ſed potius ex illis in caliditate remittetur, & infrigidabitur. Et confirmatur, quia ex aliquibus febriciat colericus, ex quibus non febricitabit flegmaticus: ergo medicina, quæ calida erit in tertio gradu reſpectu colerici, non erit calida in tanto gradu reſpectu flegmatici, cùm in eo effectum tertij gradus nõ faciat, ſed primi, vel ſecundi. Cuius tamen contrarium prędicta opinio habet tenere. Et licet hic poſſet

dici

dici, quòd in flegmatico faceret maiorem permutationem, si lōgiori tempore administraretur, & in quantitate sufficienti, quæ duo in flegmatico plurimum requiruntur, propter ipsum illi medicinæ plus resistere. Istud tamen potest remoueri, quia auctores nunquam potuerunt scire, & reponere medicinas in gradu, nisi per effectum procedentem ab eis. Cum ergo ab omnibus quomodocunque administratis, a quibus inflammatur flegmaticus in aliquo gradu per experiētiam valde plus inflammetur colericus. Iam videtur argumentum præfatum permanere. Et confirmatur, quia tunc sequitur, quòd medicina calida in tertio gradu inducens febrem in homine temperato, si postmodum cum febrit sibi approximetur, non amplius calefaciet ipsum, quod videtur absurdum. Tenet consequentia, quia cum corpus factum sit sibi in caliditate simile ab ea non amplius alteratur. Et hoc dico quantum est de per se. Et confirmatur, quia per prædictam opinionem ponitur, quòd medicina in primo, & sic de aliis multotiens data, vel in quantitate multa potest ad alium gradum alterare. Sed sumo medicinam calidam in primo quæ per quātitatem multam, vel multotiens datam calefaceret corpus temperatum vltra primum gradum vsque ad medium secundi, tunc si iterato detur sibi, non debet ipsum calefacere, immo remittere calorem illum, cum

ipsa

ipsa sit minus, calida: immo etiã sequitur, quòd postquam calefecit illud vsque ad primum gradum non amplius per iterationem, vel quantitatem multam debeat illud calefacere, cum iã in calore sint similia, & æqualia. Et à simili in forma, & gradu res non patitur. Est & alia opinio, quam in breui tangit Plusquam Commentator in teg. quòd medicinæ reponuntur in gradu in comparatione ad totam latitudinem humanæ speciei, vt v. g. medicina calida in primo omne corpus calefacit in primo gradu, sed non qualitercunque, sed est secũdum diuersam eius quantitatem. Nam maior quantitas eius requiritur ad hoc, vt calefaciat flegmaticum, quàm colericum. Sic ergo omnes medicinæ talis vel talis gradus dicuntur in comparatione ad omnem hominem. Et licet prædictum effectum in diuersis hominibus inducere habeant secundũ earum doses diuersas, quod contingit propter diuersitatem complexionum in diuersis corporibus existentium, illam tamen opinionem ipse firmiter non assentit, si bene perpendis. Ista opinio sic breuiter prolata, videtur multum confusa, & licet hanc credamus verã, quia primo quęritur de medicina temperata, An illa medicina, quæ temperata est, corpori tẽperato in illamet quãtitate sit tẽperata corpori calido, vel distẽperata, sed quòd in eadem quantitate sit sibi temperata, sicut illi non videtur. Cum illa corpora
sint

ſint multū diuerſa, ſi eſt ſibi temperata, vel erit calida, vel frigida: ſi frigida, tunc videtur reuerti ad opinionem Galeni. Et ſimili ratione medicina calida in primo reſpectu corporis calidioris, vt reſpectu corporis calidi in ſecundo, poterit frigida appellari, quod punctualiter reuertitur ad id, quod Galenus eſt opinatus. Quod autem reſpectu illius corporis calidi medicina temperata non eſt calida, notum eſt per ſe. Et confirmatur, quia ſicut aliqua medicina eſt temperata, aliqua calida plus, & aliqua calida minus, ita etiam corpora diuerſificantur, quia aliquod eſt temperatum, & aliquod calidius temperato in aliquo gradu, & aliquod plus. Igitur ſicut aliqua medicina eſt temperata corpori temperato, ita aliqua diſtemperata videtur alicui diſtemperato temperata, & per conſequens non quælibet erit in gradu tali vel tali in comparatione ad omne corpus. Et confirmatur, quia quantuncunque aliquas vna res comparatur pluribus rebus in qualitate ſua multum diuerſis, impoſſibile videtur, quòd illis æqualiter comparetur. Cum igitur vnica medicina comparetur omnibus corporibus humanæ ſpeciei, & calidis, & frigidis, cum ſint inter ſe multæ diuerſitates, impoſſibile videtur, ꝙ reſpectu omnium illorū in vnico gradu reponatur qualitatis. Et confirmatur, quia ſimile videtur de rebus, quæ ſunt tales

actua-

actualiter; & de iis, quæ ſunt tales in potentia, vel quæ tales in potentia appellantur, ſed nulla res actualiter calida in aliquo gradu poteſt reſpectu diuerſarum rerum in aliquo gradu eſſe: ergo ſic erit de illis. Veniamus ergo ad id, quod in hac inueſtigatione credimus eſſe verum, in hoc aliquas determinando concluſiones. Prima concluſio eſt opinio ſupra poſita, quod medicinæ illæ quæ tales in potentia communiter appellantur, ſunt tales virtualiter, & actualiter, & hæc ſupra eſt declarata. Secunda concluſio eſt, quòd ſi aliqua medicina verè eſt alicui corpori temperata, ita quòd purè per ſuam virtualem qualitatem habet illud corpus in ſua complexione conſeruare, & nullo modo tranſmutare, ipſa ſibi multoties reiterata, vel in quantitate quacunque adaucta, prædictum corpus ſolū habet conſeruare, & non tranſmutare, & non è conuerſo; quia ſolum illa medicina alicui corpori verè eſſet temperata, qua ipſum non tranſmutat, ſed conſeruat quantumcunque reciperetur, vel in quantitate augeatur, & iteretur. Præ dicta ergo concluſio de tranſmutatione, quæ procederet à qualitate, vel forma virtuali, per quam medicina dicitur talis, quia aliis viis, vt ex ſola quantitate poteſt à quacunq; re minima fieri tranſmutatio in corpore, vt de ſe notum eſt. Et hæc concluſio habet euidentiam per vnā propoſitionē famoſam, quę negari non

poteſt:

poteſt, quòd illa quæ ſunt ſimilia in forma, & in gradu, & hoc ſiue prædicta ſimilitudo ſit formalis, vel virtualis, non ſe tranſmutant. Nam cum paſſum factum eſt ſimile agenti, ſiue ſimilitudo ſit formalis, ſiue virtualis, non vlterius procedit actio, aliter nunquam ceſſaret actio, & agens poſſet plus producere, quàm habeat in virtute, q̄d eſt abſurdum. Ex qua propoſitione patet prædicta concluſio, ſcilicet, quòd medicina, quę alicui corpori verè eſt temperata in ſecunda vice exhibita, vel tertia, vel quarta, & pūctualiter inuenit corpus eiuſdem diſpoſitionis, qualis fuit in prima approximatione, ſicut tunc non tranſmutat eum, ita nec ſecundo, & ſi non ſecundo, nec tertio, & ſic ſucceſſiuè, quia aliter medicina prædicta primo approximata, non pure conſeruaſſet, ſed tranſmutationem feciſſet, & ſic non fuiſſet verè tēperata. Quòd aūt ipſa in quātitate ſimili aucta, nō tranſmutet ipſum, patet, quia tūc augeret vltra, q̄ habeat in virtute, ſicut v.g. ſi ſit aliquid formaliter calidum in duobus gradibus in quacunque quantitate ipſum ſit, cum perfectè ſibi aſſimiliauerit aliquod paſſum non aget vlterius, & hoc per propoſitionem aſſumptam. Et ſic in propoſito, niſi forte diceretur, quòd ex diſpoſitione paucitatis induceretur plus de forma, quàm eſſet in agente: ſed tunc hoc non eſſet vbique, & vniuerſaliter, nec per ſe ex parte agētis, quod modo in propoſito inueſtigamus. Di-

ximus autem in conclusione de medicina temperata, si alicui aliqua medicina est verè temperata, quia de hoc dubium est. Tertia conclusio, quæ sequitur ex illa est, quòd quantitas aucta in medicinis nõ augeret gradum in medicina ipsa Et de hoc non dubitat, nec auget gradum in effectu, nisi intelligatur per hunc modum, quòd gradus aliquis potest induci à quantitate medicinæ maiori, quia à quantitate minori nõ inducebatur, verbi gratia, vna parua quantitas ignis non poterit vnam certam quantitatem aquæ ad sic intensum gradum caliditatis perducere, ad quam poterit perducere vna quantitas ignis maior, quia plus potest vincere resistentiam aquæ magna quantitas, quàm parua ignis. Iste tamen effectus inductus non est intensior qualitate in paruo igne existente, & similiter, & virtualiter taliter. Et per istum modum intelligitur etiam propositio illa, quòd in maiori quãtitate est maior virtus, & non aliter. Quantitas enim agentis adaucta facit ad velociorem introductionẽ effectus, quod est per se notum. Ex qua conclusione patet, quòd firmum est dictum eorum, qui dicunt, quòd quantitas adaucta in medicinis, auget gradum in effectu supra gradum, qui est in medicina agente, sicut à multis communiter ponitur, vt patebit per vnam conclusionẽ, quæ ponetur. Quarta conclusio sequens ex his duabus est, ꝙ si aliqua medicina, vel aliquod agens

per

per quantitatem adauctam, potest inducere gradum intensum, sicut aliud in quantitate minori exhibitum, quàm illud quod est exhibitum in quantitate minori, est intensioris gradus. Et hoc vel formaliter, si est tale formaliter, vel virtualiter, si est tale virtualiter. Et quòd prædictũ illi in ęquali quãtitate exhibeatur, intẽsiorẽ gradũ induceret. Ista patet intelligẽti ex dictis, & hoc maximè cęteris paribus existẽtibus. Quinta conclusio manifestè sequens ex his est, quòd apud opinionem Galeni, & sequentium eum de reductione medicinarum ad actum, qui ponit, quòd medicinæ calidæ postquam reductæ sunt ad actum, sunt verè tales formaliter, quales dicuntur, vt in primo, vel tertio gradu, &c. & similiter medicinæ frigidæ sunt tales actualiter formaliter: oportet ponere, quòd si aliqua medicina, quæ respectu alicuius corporis ponitur esse in aliquo gradu, vt respectu tẽperati in primo gradu calida, vel frigida, potest per iterationem vel quantitatem auctam inducere intensiorem gradum, vt secundum, vel tertium, quòd ipsa in se reducta ad actum, vel actualiter talis existens sit intensiuè talis gradus, in cõparatione ad prædictum corpus, qualem inducere potest. Istud patet expressè intuenti secundam conclusionẽ, verbi gratia, stichados ponitur in medicina calida in primo, si per multam quãtitatem potest calefacere vltra primum gradum, vt ponunt auctores,

ctores, vt v.g. in ſecundo, ſequitur, quòd cum ipſa erit reducta ad actum, ipſa in ſe habeat ſecundum gradum caloris, & ſic tertium, ſi poſſet in tertio calefacere. Et ſic de medicina frigida, quæ actualiter ponitur eſſe frigida. Et ſimiliter etiam oportet ſecundum noſtram opinionem poſitam, quòd medicinæ ſint tales actualiter virtualiter ponere, & quamlibet medicinam talẽ, vel talem gradum cauſantem per quantitatem auctam, vel iteratione talis vel talis gradus virtualiter, quia quantum ad hoc eſt diuerſitas: Ex quibus infero, ꝙ auctores ponentes gradus in medicinis, ꝙ nõ potuerunt cognitionem huius habere, niſi ex effectu ſecundum diuerſas alterationes à diuerſis medicinis in corpore factis, in determinatis quantitatibus exhibitis, in eis aſſignauerunt gradus. Et licet in medicinis alteratiuis in propriis capitibus doſes determinatas non poſuerunt, quia in trãſgreſſione in eis plus vel minus, non multus eſt error, de quo ſit curandũ. Et hoc tali determinationi non contradicit, ſi bene perpendis medicinam aliquam, vt primi gradus eſſe in ſe qualitatis, aut virtutis intenſiuè gradus ſecundi, quia tamen in tali doſi, qua experta fuit, non calefacit vltra primum gradum, ab eis fuit repoſita primi gradus, & nõ ſecundi, & alia ſecundi, & non tertij, & ſic de aliis. Et hoc quia, vt iam dictum eſt, non fuerũt prædicti gradus in eis aſſignati, niſi à diuerſis

effectibus in nobis causatis ab eis in certis, & determinatis dosibus. Nam de qualitate in eis subiectiuè existente, aliter determinatam doctrinam non poterant ponere. Nam licet medicina aliqua, quæ posita est primi gradus, in se formaliter vel virtualiter habeat qualitatem intensiorem, non tamen sic eam habet intensam, sicut illa quæ ponitur secundi gradus, nec illa secundi sicut illa quæ tertij. Et propter hoc tibi manifeste apparet causa, quia sępe de vna medicina cadit diuersitas inter auctores, vt vnus dicat eam primi gradus, alter secundi. Ex quibus, si perpē-dis, potest saluari dictum plusquam Commentatoris, scilicet, quòd medicina vna potest dici in tali gradu, in comparatione ad omnem hominem in diuersa quantitate, & dosi administrata, quod ex dictis cuilibet est per se notum. Sexta conclusio est, quòd medicina, quæ dicitur calida in comparatione ad corpus temperatum in primo gradu, quæ per additionem quantitatis, vel iterationem potest ipsum vltra primum gradum calefacere, non est medicina verè temperata, & conseruatiua in eodem corporis calidi in primo supra temperatū. Et hæc est statim ex dictis nota. Ex quo potest supra primum gradum calorem indūcere. Ex qua conclusione patet, quòd medicina temperata potest altero duorum modorum intelligi. Vno modo de ea, quæ verè esset temperata, quæ ex sua complexione

formali,

formali, vel virtuali habet corpus, cui est temperatum in eodem conseruare, & nullo modo ipsum transmutare. Alio modo de ea, quæ ex sui determinata dosi corpori exhibita, corpus non transmutat, quæ tamen in alia, & aliter variata ipsum trāsmutaret. Et proprie inter tales illa temperata appellatur, quæ ipsum sic iterata potest parua transmutatione transmutare. Quæ autem manifestius temperata non dicitur, & similiter medicina primi gradus potest dici in gradu altero duorum, vel quia ex sui complexione formali, vel virtuali secundum diuersos modos opinandi habet talem vel talem gradū introducere, vel quia hoc solū habet in determinata quantitate, sicut dictum est de temperata medicina. Septima conclusio est, quòd diuersitas corporum inter se in calido vel frigido, & maximè sanorum non est similis diuersitati medicinarum inter se, immo prædicta diuersitas est multum paruæ latitudinis in comparatione ad prædictam. Et patet hæc conclusio. Nam nulli dubium, quòd nullum est corpus, & maximè sanum, quantumcunq; distans à calore à corpore temperato, qui illud calefieret à gariofilo, signum est, quia quodlibet cuiuscunque conditionis sit, ponat simul super linguam, sentit inflāmationem, & mordicationem ex eo, & sic etiam in corpore toto. Et experientia plus hoc percipiet, qui calidioris est complexionis. Et tamen

gariofilus ponitur in tertio, & ab aliquibus in secundo: ergo nullum corpus distat in calore à temperato in secundo vel tertio gradu, quia tũc ab illo non calefieret, sed conseruaretur. Similiter etiam medicina calida in secundo per quã titatem adauctam, & longam approximationẽ calefaceret omne corpus. Immo etiam de calido in primo sic approximata concedunt. Igitur nullum corpus sic est calidum, vt ipsa est formaliter apud tenentes opinionem, quòd ipsæ sunt tales formaliter, vel non est sic calidum, vt ipsa est virtualiter apud opinionem nostram. Et patet istud expresse ex conclusionibus suprapositis, si bene perpendis. Ex ista conclusione sequitur conclusio octaua, quæ est, quòd nulla talis medicina, quæ per quantitatem auctam, vel multotiens approximata, potest calefacere quodlibet corpus in suo calore, aliquod corpus in suo calore remittit, vel infrigidat: immo quanto corpus est calidius, siue caliditate naturali, siue præter naturam, tanto in breuiori tempore illud plus inflammat, quàm frigidũ corpus: Hoc statim patet, quia prædicta in se calidior est, vel formaliter, vel virtualiter quolibet corpore. Igitur nullum infrigidat etiam in corpore illo, vbi minus habet de resistentia, in breuiori tempore plus de calore inducit, q̃ est in corpore calido in comparatione ad frigidum. Et similiter per oppositum intelligitur

tur hæc conclusio de medicinis frigidis. Nona conclusio ex dictis sequens, quòd licet aliquod corpus, etiam sanum, sit tanti caloris, quanti est corpus temperatum, cum est calefactum à medicina in primo, immo etiam cum esset calefactum à medicina calida in secundo, ita quòd tangendo vtrunque apparent punctualiter ad tactum æqualiter calida. Ipsum tamen non est calidum, vt prædicta medicina est calida virtualiter, secundum nostram opinionem, quod tamen oporteret concedere apud tenētes, quòd medicina quæ calefacit corpus temperatum in primo, cum ipsa est reducta ad actum, ipsa est punctualiter calida, sicut corpus calefactum ab ea. Et per consequens prædicta non alteraret corpus quod punctualiter tantundem distaret a temperato, & quantumcunque in quantitate augeatur, siue etiam in longo tempore approximaretur. Et per prædictam opinionem oportet etiam concedere, quòd prædicta medicina exhibita corpori multum calefacto, vt causonizanti, habet illud infrigidare, quod apud haberet plus inflammare, cum in eo sit valde parua dispositio ad inflammationem, & resistētiam ad inflammari, quanto est calidius factum sit continuè plus abiecta, aut oportet eos concedere, quòd medicina calida, quæ per auctam quantitatē potest corpus calefacere, cū est reducta ad actū, vel si est actualiter talis, ipsa sit in se

valde plus calida, q̃. sit caliditas quam inducit, & per cõsequens deuenire ad hoc, quòd ipsa approximata corpori valde plus calidiori, non habet illud infrigidare. Cum ipsi concedant, vt patet per Gentilem, quòd medicina primi gradus potest per quantitatem, vel longitudinem approximationis calefacere in tertio, præacerrimo vsque ad mortem perducere, & per consequens in quarto. Et ex hac conclusione patet ẽt plus alia conclusio, quod manifeste est contra opinionem Galeni suprapositam, cum innititur exemplo vrine approximatæ homini existẽti in thermis. Cum enim aqua calida perduxisset hominem ad calorem, in quo ipsa ponitur, esse non vlterius eam calefaceret, quantumcũq; longiori tempore approximaretur, vel in quacunque quantitate, & ideo reliquum est de medicinis, quæ tales sunt virtualiter, vt prædictũ est. Decima conclusio etiam ex dictis sequens est, quòd medicinæ, quæ ab auctoribus reponũtur in gradibus, de quibus dicunt, quòd calida in primo habet sic corpus calefacere & calida in secundo sic etiam, nisi reiteretur, vel in quãtitate augeatur, quia tunc aliter corpus transmutant, in gradibus reponuntur in comparatione ad omnem hominem, & nõ solũ ad temperatũ Cum iam deductum sit manifestè, quòd quælibet medicina calida & sic de frigida cuiuscunque gradus ex sui virtute calefacere habeat omne corpus,

ne corpus, siue naturaliter sit dispositum, siue præter naturam: immo plus quanto plus est calidum, & sic frigida plus quanto plus est frigidum. & licet vnius, & eiusdem medicinæ calidæ vel frigidæ, humidę vel siccæ in comparatione ad diuersa corpora naturaliter disposita, vel præter naturam, diuersa dicetur esse habitudo, quę quidem diuersitas non facit diuersitaté in gradu, de qua modo loquimur, propter corpora adinuicem non multum distare in comparatione ad distantiam medicinarum inter se respectu corporum, vt declarauit tertia, & prima conclusio. Et istud fundamentum multum est in proposito notandum. Et prædicta diuersitas vnius medicinæ ad diuersa corpora æquiparatur ex quãtitate diuersa, vt bene tetigit Plusquã commẽtator. Medicina etiam temperata ex sua virtuali complexione omni corpori dicitur témperata, quia nullum corpus calefacit medicina calida cuiuscunque gradus, nec aliquod infrigidat, sicut facit medicina frigida cuiuscunq; gradus fuerit. Et si prædictæ medicinæ ad diuersa corpora sit æqualis diuersitas non variat latitudinem temperamenti in medicina propter paruam diuersitatem corporum inter se, in comparatione ad medicinas, vt dictum est, licet diuersitas multum magna appareat, corpora ipsa inter se solum comparando, & corporum diuersarum complexionum & ætatum, & dispositio-

num, ipsa tamen multum parua existit in comparatione ad medicinas. Et ideo, quia medicinę non calidæ, nec frigidę etiam antequam reducantur ad actum, siue postquam sunt reductę formaliter, quemadmodum corpora ipsa sunt, sed agentia virtualiter habentia determinatas tales virtutes, & tales gradus, & respectu talis subiecti, & non alterius respectu. De virtutibus, quarum & gradibus, & operationibus notitiam perfectam habere non possumus per tactum, vt de iis, quæ sunt formaliter talia, sed experientia sola, quæ quidem si consideras manifeste cõformis est modo iá posito, plusquàm modo Galeni, vt per experientiam est contra cũ allegatum. Et hoc patet. Nam auctores allegantes, & reponentes medicinas in gradibus, nullam mentionem faciunt de corpore temperato. Similiter etiam nulli dubium, quòd experientía de eis facta, vt plurimum non fuit in temperatis corporibus, cum illa paucissima reperiantur, & rarissima videntur, & in particularibus capitulis, & paucioribus, cum volunt medicinas etiam temperatas approximare, easdem nominant medicinas, vt cum volunt mitigare dolorem, non facientes diuersitatem diuersarum medicinarum, secundum diuersa corpora. Et hoc díco de verè dolorẽ mitigantibus, quæ anodinæ medicinæ ab eís appellantur. Et ideo apud opinionẽ Plusquam commentatoris

ſic determinatam pro vera tenemus. Et licet ipſe confuſe eam tangat, & non affirmet. Et attende ad hoc, quòd ſi perpendis, modo prædicto ſaluato, medicinæ poſſunt reponi in gradu, in comparatione ad hominem temperatum. Et hoc debet eſſe notum cuilibet, non tamen ſecũdum modum poſitum in opinione Galeni, vt iam declaratum eſt. Huic autem inueſtigationi reſtarent aliqua valde annexa declarare, quæ cauſa breuitatis omittimus: Vt vtrum ſit reperire aliquam medicinam punctualiter alicui corpori temperatam, quæ ex ſui complexione virtuali, nullomodo haberet illud corpus tranſmutare. Et quantumcunque etiam in quantitate augeretur, vel multotiens reiteraretur, quæ inueſtigatio eſt ſatis difficilis, & huic propoſito eſſet valde neceſſaria. Similiter etiam inueſtigandum eſſet de comparatione medicinarum inter ſe, qualiter adinuicẽ ſe habeant tranſmutare, & habere. Et omnis perfecta comparatio medicinarum, & ad corpora inter ſe. De iis autem, aliàs dicemus, nobis gratiam Domino concedente. Huic autem Tractatui propoſueramus annectere inueſtigationem de alteratione diuerſorum corporum eadem ęgritudine ægrotantium, cui competant fortiora, an flegmatico, vel colerico eadem febre febricantibus, in qua aliqua fortia dubia contra opinionẽ Galeni haberemus. Sed quia de hac materia
latè

latè ſcribemus in ſumma magna, quam actuali ter diſputantem ſuper omnes partes medicinæ componimus, ideo hanc pręfatam ſpeculationē dimiſimus. Et ego Thomas olim Dyni famoſi medici de Florentia, de Garbo, hunc Tractatū compoſui in tertio anno noſtræ lecturæ Flor. ordinariæ 1360. de menſe auguſti, in diebus, in quibus exercitus Archiepiſcopi Mediolanenſis fuit circa ciuitatem Florentiam.

FINIS.

ALCHINDI AVTHORIS PRAESTANTISSIMI IN SVVM

de medicinarum compositarum gradibus inuestigandis libellum, præfatio.



QVIA primos veteres: vt de virtutibus cuiuscũq; medicinę sigillatim in caliditate, & frigiditate, & humiditate, & siccitate loquerētur, valde sollicitos fuisse cognoui. Vnde etiam in hoc quatuor inuenerunt diffinitiones, dicentes, gradum primum, & secundum, & tertium, & quartum, in vnaquaq; qualitatum existere, quod tamen in composita medicina dicere prætermiserunt. Non enim dixerunt, quòd hæc medicina, s. composita in gradu aliquo ita, & ita existat in calore, & frigiditate, aut humiditate, aut siccitate, non tamen quòd proprium fuerit scientiã eius rei in medicina sim ei attendere, quàm in composita: licet enim rei scientia secundum ordinem simplicis medicinę præcedat composita. Non est tamen conueniens, vt ipsa in sola simplici attendatur medicina, & non in composita. Quia medicina composita quamuis ex me

dicinis

dicinis cōstet, quarū virtutes in ſimplicitate eaꝝ rū diuerſificetur, non tamē ſequitur, vt eius cō plexio diuerſificetur quando cōponitur. Intellexi quòd ad ſcientiā virtutū medicinarum compoſitarum pertingere non minimi eſt lucri.

Cap. II.

QVia ergo medicina compoſita fuit compoſita conſecutum eſt, vt ipſius virtutes ſecundū multitudinem, & paucitatē diuerſificentur, quod quidem prouenit, ex virtutibus earum à quibus fuit compoſita. Impoſſibile enim fuit, vt in quarundā virtutibus ex quibus compoſita conſiſteret, & illarum virtutes, non obtineret. Quia itaque illum inueſtigare propoſui, nec potui prætermittere, quando cuiuſque gradus relationem, quàm ad aliud habet, percipere ſtuderemus, vel in inquiſitione æqualitatis laborarem, equum fuit.

Cap. III.

IPſa namque, eſt qua contraria æqualiter cōiunguntur, vt in neutro fuit, itaque eius inquiſitio magis propriȩ prætermittenda, quia nihil capitulum dicitur, neque frigidum, neque humidum, neque ſiccum, niſi ex eo quòd iā ipſum addit ſupra æqualitatem.

Et quia ipſa eſt origo, & principium, & elementum huius totius, quod de hoc dicitur, & ab illa prouenit augmentum, & in illam reſoluitur. Si enim quid ſit reſolutionis intentio

quȩratur,

quæratur, dicitur, quòd si augmentorum, ab æqualitate ablatio, donec æqualitas remaneat, sicut ego (si Deus voluerit) explicabo. Et quia eorum quæ supra æqualitatem addita fuerunt, neque quantitates, neque species omnino notę fuerunt, necesse fuit nobis illud explicare. Augmentorum autem intellectus gradus sunt quatuor, qui supra æqualitatem additi sunt. Dicam ergo, quòd omnia augmenta naturalia quinque modis sunt. Primo, est augmentum dupli. Post, quòd est augmentum, quòd addit partem vnam, quòd est continens quantum illud cui comparatur, & eius medietatem, post hoc, est augmentum addens partes, quod continet quantum illud, & eius duas tertias. Post hoc quoque sequitur augmentum dupli, quod addit partem, & est compositum ex prima specie, & secunda. Consequitur hoc augmentum dupli addens partes, quòd ex specie prima, & tertia componitur. Quia ergo hoc apertę in numeris exponere cupio, ipsos secundum ordinē naturæ supposui in ordinibus suis: quorū vnus alium præcedere non potest. Et incępi ab vno, quòd est causa numeri, cū ab illo ortus fuerit, & creuerit. Quòd vt menti hūc nostrū librum legentis certius infigatur, & affirmetur, ęquum fuisse credidi præmittere, quòd de his quinque speciebus proposuimus. Est autem ordo naturalis iste, 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.

Cap.

Cap. IIII.

DIco igitur augmentum duorũ ſupra vnũ duplum, eſt vnius, & vnum, duorum eſt medium, Iam ergo patet, quòd principiũ naturalium augmentorum eſt augmentum dupli, & quòd duo duplum ſunt vnius. Nos quoq; augmentũ dupli præmiſimus: quia natura iſtũ præmiſit, & quòd propria proportio naturalis, quæ in directione paucitatis inuenitur, medietas exiſtit. 1.1, quòd vnum eius ordinis qui eſt poſt ipſum, ſ. duũ eſt medium. Apud nos enim nihil intereſt, vtrum dicatur augmentum, ſiue proportio. Præterea dico, quòd augmentũ triũ ſupra duo, eſt id quod addit partem. Iam itaque manifeſtum eſt ex hoc, quòd hoc augmentum naturali ordine ſequitur illud, quod eſt ante ipſum.

Similiter quoque augmentum 4. ſupra. 3. eſt ex genere eorum, quæ addunt partem. Itidem dico, quòd augmentum 5. ſupra 3. ſunt 2. duo namque duæ partes trium exiſtunt, & eſt illud quod addit partes. Dico etiam, quòd augmentũ 5. ſuper 2. eſt primum augmentum duplũ quod addit partem. Et eſt ilud quod 5. iam addiderũt ſupra 2, cum duplo eorum, & vno. Vnum nãq; eſt pars duorum Et eſt hæc proportio compoſita, quantum componi diximus ex proportione dupli, & ea quæ addit partẽ. Dico ergo præterea, ꝙ augmentum 8. ſupra 3. eſt primum augmen-

tùm duplum, addens partes. Et hoc est quod 8. iam addiderunt supra 3. duplum ipsorum, & duarum partium suarum quantitatẽ, & est proportio composita, quam ex prima specie, & tertia componi diximus; iam ergo manifestum est ex eis quæ diximus, illud quod præmisimus de istis 5. modis necessario proponendum fuisse. Quorum primus augmentum dupli continet, sicut vnum, & duo, & 4. & 8. Et secundus id quod addit partem, vt 2. & 3. & 4. & 5. Tertius similiter modus augmentum partium continet, vt 5. ad 3. & 9. ad 7. Quartus vero modus est augmentum dupli quod addit partem, vt 2. & 5. & 11. & 23. Et quintus est in quo augmentum dupli, quod addit partes quemadmodum 3. & 8. & 18. & 38.

Capitulum V.

COnsideremus igitur qualiter proportionum fiat resolutio, vt ad æqualitatem redeant. Et ponamus aliquid quod sit exemplum, & regula, qua perueniamus ad hoc quod in æqualitatẽ resoluere volumus. Multa enim sępe quæruntur, ad quorum scientiam perueniri non potest, nisi exemplis rerum positis, quæ cum eis sint vnius generis. Ponamus itaq; tres numeros proportionales dupli proportione.

Æqualitas enim (vt post hoc explicabo) inueniri minimę potest nisi in hac, & ipsa est prima species, quàm præmisimus. Quę etiam prima

naturaliter

naturaliter est inuenta. Hoc autem est, vt sint tres numeri proportionales, & sit ꝓportio primi ad secundum, vt secundi ad tertium. Et sit primus minor, secũdus medius, tertius maior: cum ergo volueris eos ad æqualitatem resoluendo ducere, minuemus ex medio quantitatem minoris, & ex maiori quantitatem medij, & minoris, & qui remanebunt erunt ęquales. Si ergo remanentes species secundum ordinem dupli composuerimus statuentes duplum in lineis, & componentes maiorem primum, & minorem postremũ. Et deinde supposuerimus huic primo ei simile, & sub medio numero cõtinentem quantitatem ipsius, & huius primi, & sub postremo quãtitatem ipsius, & primi, & duplum medij, proueniet compositum, quòd addit partem. Illud quoque, quod addit partes cõstituitur cum hoc, quod addit partem, quemadmodũ posuimus duplum, & exequitur omnia quemadmodum diximus prius. Duplum autem quod addit partem constituitur, cum ponimus illud, quod addit partem, ita vt est absq; conuersione, & facimus vt prius fecimus. Duplũ quoque, quod addit partes componitur, cum statuimus illud, quod addit partes absque conuersione, & exequitur in eo omnia, vt in aliis fecimus. Cum ergo has species ad æqualitatem resoluendo reducere voluerimus, minuemus ex medio quantitatem minoris, & ex maiore duplũ eius,

quòd

quod residuum fuit ex medio, & quantitatem maioris. Et si numeri tres æquales remanserint, iam illud inuenimus quod quærebamus. Si vero non, sed iam egressi sunt ab illa, in qua relationem habuerunt, & transierunt in aliam speciem, quæ magis remota est à natura, quàm species à qua hæc fuit resoluta. Post hoc quoque operabimur sequēter vt prius, & si numeri tres qui sunt residui æquales sunt, conueniunt, iam consequuti sumus illud, quod volumus. Si aūt non, iam in aliam speciem transierunt, quæ magis est elongata à natura quàm ipsa. Verbi gratia. Ponamus ęquales numeros in linea vna tribus ordinibus distincta, & sit prima, & sint in ea isti tres numeri. 1. 1. 1. deinde adiungamus ei lineam secundam, in qua sint ordines numerorum proportione dupli proportionales, & sunt isti 1. 1 1. 4. Si ergo voluerimus resoluendo hos ad ęqualitatem ducere, ex medio, qui est 1 1. minuemus quantitatem minoris qui est 1. deinde minuemus ex maiore, qui est 4. duplū eius, qđ remansit ex medio & minore, qui est 1. & 2. & remanebit vnum. Iam ergo resoluendo omnes numeri inueniuntur ęquales. Quòd si quidē ex 4. superfluit speciebus, resoluendo ad æqualitatem reducere voluerimus, non consequitur, vt ea quæ residua erunt, æqualia inueniantur, imo in aliam speciem transibunt, quæ a specie æqualitatis naturaliter remotior erit. Exempli

çausa duabus lineis tertiã adiungemus, in qua erunt numeri proportione augmenti, quod addit partem, continentes, & sunt isti 4. 6. 9. Deinde annectemus ei lineam quartam continentẽ proportionem augmenti, quòd addit partes, in qua sunt numeri isti 9. 15. 25. huic quoque adiũgemus lineam quintam, in qua sint numeri cõtinentes proportionem dupli, quòd addit partẽ, & sint hi 4. 10. 25. cui similiter annectemus sextam lineam post hæc, in qua sint numeri cõnexi proportione dupli addentis partes, & sint isti 9. 24. 64. Cum ergo voluerimus harum species cierum numeros resoluendo ad ęqualitatem ducere, minuemus ab omni linea ex lineis cuiusq; speciei numerum minorem ex medio, & deinde medium, & minorem ex maiori. Numeri igitur quæ residui erunt non inuenientur ęquales, imò erunt naturaliter remotiores à specie æqualitatis. Quapropter ex eo, quod superfuerit, oportebit nos facere quemadmodum executi fuimus prius, resoluendo donec ęqualitas inueniatur. Possunt autem & hę species aliter cõponi, & non secundum dispositionem dupli, sicut sunt 1 1. 3. 4. quæ ęst lineą numerorum, quæ addunt partem, & deinde adiungemus ei lineã quartam, secundum proportionem augmenti quod addit partes, vt eam in qua sunt 3. 8. 18. quemadmodum subiecta docet figura.

Equalitas

Equalitas. 1. 1. 1.
Multiplex. 1. 11. 4.
Superparticularis. 4. 6. 9. 2. 3. 4.
Superpartiens. 9. 15. 25. 3. 5. 7.
Multiplex ſuperparticularis. 4. 10. 25. 2. 5 11.
Multiplex ſuperpartiens. 9. 24. 64. 3. 8. 18.

Cum ergo volueris has quatuor ſpecies re-ſoluendo ad æqualitatem ducere, minuemus in vnaquaq; linea cuiuſq; ſpeciei numerum minorem ex medio, & deinde medium, & minorem ex maiore, quòd poſtquam fecerimus, remanebunt numeri non tenentes æqualitatem aut in toto, aut in parte, nec vnquam reperies, quòd omnes qui reſidui ſunt ęquales inueniantur. Iam ergo manifeſtum eſt ex hoc æqualitatē minimè reperiri poſſe, niſi in proportione dupli, quæ eſt prima.

Et eſt ēt oſtenſum, ꝙ ꝓportio dupla proportionalis eſt, & ꝙ augmenta quæ reſoluēdo reducūtur ad æqualitatē, proportionalia exiſtunt. Si ergo quamlibet quatuor ſpecierum conuertendo ad dupli proportionē, quę eſt prima, reduxerimus, inueniemus æqualitatem in eis, & quòd proportionales fuerūt. Ideoq; dictum eſt, quòd ęqualitas non inuenitur niſi in proportione dupli. Poſtquam ergo iam oſtenſum eſt primum ex augmentis naturalibus augmentū dupli exi-

ſtere, & quòd æqualitas in eo reperiatur cũ alia, in ipſum reſoluuntur, demonſtrabo æqualitatem, quæ eſt in æqualitate, deinde oſtendam illud quod ab æqualitate egreſſum eſt, & poſt hęc reſoluam in ipſam, donec augmentorum menſurę ſupra æqualitatem manifeſtę ſint, ſi Deus voluerit. Dicam ergo, quòd ęqualitas in ęqualitate eſt contrariorũ adinuicem tẽperantia in re ęquali, & eorum effectus æqualis, videlicet, vt ſit eius calefactio quanta eſt & infrigidatio. Oportet igitur vt egreſſus ab æqualitate ſit augmentum vnius qualitatis ſupra ſibi contrariam. Quod ſic colligitur. Caliditas enim, & frigiditas contrariæ ſunt, quarum vnaqueq; eam quæ ſibi contrariatur fugat. Cum igitur in ęqualitate ſint ęquales, neutra earũ aliquid ſuper aliã addit, neque intenditur: conueniens tamen eſt vt cum vna ex qualitatibus aliquid auxerit ſupra ſibi contrariam ſecundum ſuam ſpeciem addat. Iam igitur manifeſtum eſt, quod diſceſſus ab ęqualitate in qualitate eſt augmentum vnius duarum qualitatum ſupra ſibi contrariã. Apud nos enim nihil intereſt, ſiue hę qualitates temperantes dicantur, ſiue moderantes, ſiue alternantes, ſiue rectificantes. Quod autem vnius qualitatis augmentum dicimus, nihil aliud intelligi volumus, niſi ipſius intenſionem. Augmentum enim in qualitatibus non propriè dicere poſſumus. Ipſum namq; ex proprietatibus quan-

quantitatis vna existit. Et quia vnaqueq; duarũ qualitatum contrariarũ locũ occupauit, in quo ipsius consistit eleuatio. Fuit & locus quem calor occupat ab eo quem tenet frigiditas alius. Vnius enim locus non supponitur duobus contrariis. Indigemus igitur vt dicamus in æqualitate tot partes calidas contineri, quot frigiditas, cum ipsam in minimas diuiserimus partes. Si autem aliquis nobis obiiciat dicens caliditatem causa suæ raritatis, & dilationis maiorem locum debere occupare, quàm sit locus quem tenet frigiditas, & hæc causa suę constructionis: dicemus caliditatem non dilatari, quũ eius contraria ei coniungitur, & æquatur, quia contrarietas est inter eas, & insecutio, nec etiã æquius est caliditatem remouere frigiditatem de loco suo, quàm vt frigiditas caliditatem. Postquam ergo caliditati non adest quod diximus aduersus frigiditatem non dilatatur magis in loco suo quàm frigiditas in suo. Quod si volueris minimam partem ex partibus rei in cõplexione ęqualis intellectualiter considera quæ est pars indiuisibilis ratione suæ paruitatis, & inuenies esse cõueniens, vt in ea sit tantũ caliditatis quãtũ frigiditatis, cũ rei ęqualis cõpositio ex istis partibus facta sit. Iã igitur ex hoc verificatũ est in re æquali tot partes calidas cõtineri quot frigidas. Et quia manifestũ est, qđ discessus ab æqualitate ſm quantitatẽ est augmentum

vnius qualitatis ſupra ſibi contrariam, quòd et in dando ſecundum quantitatis directionẽ expoſuimus. Iam igitur oſtendimus quantitates eorum quæ ab æqualitate diſceſſerunt, ſecundũ quantitatem, & qualitatem ex hoc, quòd in eis eſt de qualitatis manifeſtatione. Deinceps vero explicabo reſolutionem eorũ in æqualitatem, præcipuè cum æqualitas non reperiatur niſi in eo, quòd in ipſam reſoluitur. Dicam ergo, ꝙ licet augmenta quæ ſupra æqualitatem fuerunt in æqualitatem ſunt omnia reſoluenda, cũ nullum inueniatur, quòd in æqualitatẽ reſoluatur, prçter augmentum dupli. Conſequens eſt tamẽ ſecundum ordinem his, vt non omne quod ab æqualitate diſceſſit in ipſam ꝓprie reſoluatur. Et quia iam manifeſtũ fuit, quòd in re æquali tãtum eſt caliditatis quantum frigiditatis, ponemus rem æqualem partem vnam, cuius vna medietas eſt calida, & alia ipſius frigida. Et ponemus etiam vnamquamq; contrariarũ quæ ęquatur medium: erit ergo calidum medium, & frigidum medium.

Cap. VI.

DIco ergo, quòd oportet vt ſit quãtitas augmenti primi, quod diſcedit ab æqualitate, cuius calor ſenſui non vehementer apparuit, dupla caliditatis quæ in re æquali exiſtit, quòd ex eo patet, quòd de augmento dupli expoſuimus. Et eſt etiam dupla frigiditatis, quæ

eſt in

est in re ęquali. Postquam rei æqualis caliditas tanta est, quanta est ipsius frigiditas. Et est pars media ex vnaquaque illarum, sicut diximus. Est ergo in augmento primo quantitas caloris pars integra, frigiditatis vero quantitas medietatis caloris, quæ est in ipso. Cum ergo resoluerimus primum augmentum hic in æqualitatem, & remouerimus vnum duplum caliditatis, remanebit media pars calida in media frigida, & ipse sunt id per media, quæ se vicissim temperant, ex quibus processit æqualitas. Ex hoc quoque ostensum est, quòd æqualitas in vnoquoque augmentorum reperitur, cum remouerimus prima augmenta. Inuenimus enim partes contrarias, quæ se vicissim (vt prædictum est) temperant. Dico ergo quòd præterea oportet vt sit mensura augmenti secundi, cuius calor excessit augmẽtum primum manifestè. Dupla caloris augmenti primi, quemadmodum de augmento dupli ostendimus. Et quia mensura augmenti primi iam fuerit vna pars integra, & dupla caloris, qui est in re æquali, & dupla etiã frigiditatis ipsius, oportet vt sit calor secundi augmenti duæ partes, & sit duplus caloris augmenti primi, & quadruplus caloris, qui est in æqualitate, atq; quadruplus frigiditatis, etiam quæ continetur in ipsa. Ipsius nanque calor eius frigiditati æqualis existit. Quod ergo in augmento secundo frigiditatis inuenitur, tantum est quantum quarta

pars caliditatis in eodem inuentę. cum ergo hoc secundũ augmentũ ſubſtulerimus, remanebit primũ. Primũ quoq;, cũ remouerimus augmentum, remanebit media pars calida, & media frigida: & ipſa (vt dictum eſt) ſunt duo media, q̃ ſe adinuicẽ temperant, a quibus æqualitas proceſſit. Et dico itidem quod oportet vt ſit menſura tertij augmenti: cuius calor & effectus ſecundũ augmẽtũ exceſſerunt vehementis, non tñ in vltimo dupla caliditatis augmenti ſecundi quod eſt hic. manifeſtum eſt quod de augmento dupli ex poſuimus. Sed quia menſura augmenti ſecundi dupla fuit caloris augmẽti primi: & quadrupla caloris, quę eſt in ęqualitate, exigitur, vt ſit calor augmenti tertij quadruplus caloris augmẽti primi: & quia calor augmenti primi duplus fuit caloris quę eſt in re ęquali, & duplus frigiditatis eiuſdem: oportet, vt ſit calor augmẽti tertij octuplus caloris quę eſt in æqualitate, & octuplus ẽt frigiditatis quę in ipſa exiſtit: poſtquam calor æqualitatis frigiditati ipſius æquatur. Ex hoc quoque patet, quòd id quod in augmento tertio frigiditatis exiſtit tantum eſt quantum octaua pars caloris eiuſdem. Cũ ergo abſtulerimus hoc augmentum tertium, remanebit ſecundum augmentum. Quod itidem cum ſublatum fuerit remanebit primum augmentum. Hoc quoque primum cum ſublatum fuerit. remanebit media pars calida, & media frigida, Et ipſe (vt dictũ

eſt)

eſt) ſunt duo media,quę ſe viciſſim tẽperãt,à quibus proceſſit ęqualitas. Itidẽdico ꝙ oportet, vt ſit mẽſura augmẽti quarti, cui⁹ calor & effectus vehemẽter ſupergreſſi ſunt dupla caloris augmẽti,quod ex eo patet quod de augmẽto dupli oſtẽdimus. Sed quia calor augmẽti tertij quadruplus fuit caloris augmẽti primi, & caloris, quę eſt in ęqualitate octuplus,oportet, vt ſit mẽſura caloris augmẽti quarti octuplus caloris augmẽti primi, & ſexdecuplus caloris qui eſt in ęqualitate. Qđ ẽt frigiditatis, quæ in ea reperitur ſexdecuplus: excedit quẽadmodũ oſtendimus,ꝙ calor ęqualitatis eſt ſicut eius frigiditas. Eſt ergo illud frigiditatis quod ĩ quarto exiſtit augmẽto tantũ quãtũ eſt medietas octauæ partis caloris in ipſo exiſtẽtis. Cũ ergo remouerimus hoc quartũ genus augmẽti remanebit tertiũ. Tertiũ quoq; cũ abſtulerimus,remanebit ſecundũ. Cũq; ſecundum abſtulerimus,remanebit primũ. Primũ quoque cũ ſublatũ fuerit,remanebit media pars calida, & media pars frigida. Et ipſe (vt ſępe dictũ eſt) ſunt duo media,quę adinuicẽ moderãtur, ex quibus ęqualitas cõſtituta eſt. Nõ diſſimiliter quoq; erit menſura primi augmẽti,& ſecũdi, & tertij, & quarti. Cuius frigiditas ęqualitatẽ ſuperegreſſa eſt,quẽadmodũ fuit menſura caloris,qui ęqualitatem exceſſit. cuius ſupregreſſionẽ explanauimus. Caliditas quoq;,quę eſt ĩ augmẽto cũ intẽditur frigiditas: ita erit, vt fuit frigiditas augmẽ

ti in

ti in quo erat caloris intensio. Postquã ergotã exposuimus manifestè hoc, quod posueramus in æqualitate absoluta, reluctemur ad ostendendum hoc in æqualitate, quæ secundum relationem attenditur.

Cap. VII.

DIco ergo quòd æquale in medicinis secũdum comparationem quam habet ad humanam speciem æqua vocatur. Æquale est quod neque calefacit, neque infrigidat, neq; humectat, neque desiccat. Cum igitur aliquid æquale fuerit, consequens est, vt quod ex caliditate in eo continetur sit quemadmodum illud quod ex frigiditate: & calidarum partium quantitas tanta sit, quanta frigidarum, cum scilicet ad speciem humanam æquale comparatur, hoc est, quòd cuius calefactio respectu illius non est maior ipsius infrigidatione aut humectatione aut desiccatione ipsum est æquale quod secundum comparationem dicitur. Oportet itaq; vt etiam hoc æquale sit principium, & elementũ eius ad qđ dicitur, quia in ipsum resoluitur illud quod supra ipsum augmentum, & quod ab eo egressum fuit: oportet quoque, vt mensuræ augmentorum, hoc æquale sint, quemadmodũ augmentorum mensuræ supra æquale absolutũ fuerunt. Conueniunt itaque huic æquali, quod secundum comparationem ea quæ in ęquali, qđ absolutæ dicitur cõuenire monstrata sunt, hoc

est quod

eſt quod (vt diximus) hoc æquale principium eſt, & elementum eorum reſpectu quorum dicitur, & in ipſum reſoluuntur augmenta poſtquã ab illo orta fuerunt.

Huius aũt, quod dicimus medicinã calidam, aut frigidã, aut ſiccã, aut humidã in primò gradu exiſtere expoſitio eſt, ꝙ eius caliditas, aut frigiditas, aut humiditas, aut ſiccitas aliquid ſupra æquale auxit, ꝙ eſt primũ augmẽtorũ ſenſui nõ omnino manifeſtè occurrens. Et iam oſtenſum eſt, quod primum augmentum naturale eſt augmentum dupli, & quod ipſum in ęquale reſoluitur. Oportet ergo, vt quod de partibus qualitatũ quæ ſenſui occurrunt in primo gradu exiſtit, duplum ſit eius, quod eſt in ęquali, ſecũdum ſuam ſpeciem, & duplum etiam eius quod in eo eſt, ex ſibi contraria, ſecundum quòd iam declarauimus. Sed cũ remouerimus quod eſt in primo gradu, quod. ſ. eſt primum augmentorum ex partibus qualitatum ſupra æquale addentiũ, remanebit æquale, in quo qualitates ſecundum æqualitatem connectuntur, ſicut oſtendimus in conuerſione, quę fit ſecundum reſolutionem cũ aliquid. ſ. ad originẽ ducitur, à qua ipſius fuit principium. Gradus enim primus non ex alio conſtituitur niſi ex duplo, quod eſt in æquali ex ſua ſpecie, aut ſi vis ex ſibi cõtraria quemadmodum declarauimus. Similiter quoque cum dicimus hanc medicinam eſſe calidam, aut frigidam,

dam, aut humidam, aut ſiccam in gradu ſecũdo, eius intentio eſt, ꝙ eius caliditas, aut frigiditas, aut humiditas, aut ſiccitas: iã aliquid ſupra primum gradum, quod eſt primum augmentũ eſt ſuperegrediens primum gradum manifeſte. Et oportet, vt ſit huius augmẽti mẽſura dupla eius, quod eſt ante ipſum in primo gradu, quẽadmodum oſtendimus, ꝙ reſolutio, quæ fit, cũ aliquid reducitur ad ſuum principium, quod eſt ęquale, non inuenitur niſi in augmento dupli. Erit ergo virtus qualitatis ſecundi, ſecũdum gradũ dominantis, dupla virtutis dominantis in primo gradu. Sed virtutis dominantis in primo gradu mẽſura (ut oſtenſum eſt) dupla fuit menſura virtutis, quæ eſt in æquali ſecundum ſuam ſpeciẽ, aut ſi volueris, ſecundum ſibi contraria. Erit ergo virtus in ſecundo gradu dominans quadrupla eius, quod eſt in æquale, ſecundum ſuã ſpeciem, aut ſi uolueris, ſm ſibi contraria. Cũ ergo illud quod in ſecũdo gradu ſuperat, remouerimus: remanebit gradus primus in quo primũ augmentũ attenditur: & cũ primũ ſubſtulerimus gradũ remanebit ęquale, ĩ quo qualitates, ſm ęqualitatẽ coniũguntur ſicut demonſtrauimus in conuerſione, q̃ fit dũ redditur ad ęquale. Nõ diſſimiliter ẽt cũ dicimus hanc medicinã calidã, aut frigidã, aut ſiccã, aut humidã in tertio gradu exiſtere, inde dicitur, ꝙ eius caliditas, aut frigiditas, aut ſiccitas, aut humiditas iam addit ſupra gradũ ſm,

quod est primũ augmentorũ, quæ gradum F m superegressa sunt non in ultimo. Vnde oportet vt huius tertij augmenti mensura dupla sit eius quod ante ipsam existit in gradu secundo, sicut ostendimus in augmento dupli.

Mensura vero augmẽti secundi iã fuit dupla mensurę augmẽti primi, & quadrupla suę similis, aut sibi cõtrarię, quę est in ęquali. Erit igitur mẽsura dñij tertii gradus quadrupla primi augmenti, & octupla eius, qđ in ęquali inuenitur ex sua simili, vel ex sibi cõtraria. Cũ ergo tertij gradus dñium sustulerimus, residuus erit secundus gradus. Secundum quoq; cum remouerimus remanebit primus: hunc quoq; cum abstulerimus remanebit ęquale, in quo qualitates secundum ęqualitatem commiscentur. Similiter quoque cum dicimus hanc medicinam esse calidam, aut frigidam, aut humidã, aut siccã in quarto gradu, intẽditur, ꝙ eius caliditas, aut frigiditas, aut humiditas, aut siccitas iã aliquid adauxit supra tertium gradũ, quod existit primũ augmẽtum, tertium gradum excedens, cuius effectus validus existit, hoc est, quòd illud quod ad nos ex eius caliditate peruenit cõbustionem operatum est.

Et quod eius frigiditate insensibilitatem, & mortificationẽ eius efficit, cui applicatur. Oportet ergo, vt sit huius quarti augmenti mensura dupla eius, quod est ante ipsum in gradu tertio, sicut de augmento dupli patefecimus: sed

tertij

tertij augmẽti menſura iam fuit quadrupla virtutis primi gradus, & octupla eius, quod eſt in æquali ex ſua ſimili, aut ſibi contraria. Erit ergo ſecundum hoc virtus dominij quarti gradus, octupla virtutis primi gradus, & ſexdecupla eius, quod eſt in ęquali ex ſua ſimili, vel ex ſibi cõtraria. Cum ergo hunc quartum gradum ad ęqualitatem conuertendo reduxerimus cũ ſublatione eius, quod in eo eſt, relinquetur gradus tertius. Tertium autem cum ſubſtulerimus remanebit ſecundus. Et ſm̃ cum remouebimus, remanebit primus. Primo quoque ſublato reſiduum erit æquale, in quo qualitates ęqualitate connexę ſunt. Hoc itaque modo qualitas reſolutionis augmentorum ad ęquale cõſiſtit, à quo fuit eius principium. Ex hoc quoque manifeſtũ eſt, quòd virtutes graduum medicinarum quæ ab ęquali principium ſortiuntur ad ipſum reſolui, aut conuerti à quo proceſſerunt. Nos autẽ iam oſtendimus reſolutionem in ęquale inueniri non poſſe niſi in proportione dupli, & proportionem dupli proportionalem exiſtere. Sequitur ergo ex hoc virtutes graduum medicinarũ ſenſui apparentes, quę ſcilicet ſupra ęquale aliquid augent proportionales dupli proportione exiſtere. Ordo vero propoſitionũ ex quo ad hanc peruenitur concluſionem, eſt, vt dicamus virtutes graduum medicinarum ſunt quæ in ęquale reſoluuntur, ſicut iam manifeſtũ fuit.

Omne

Omne autem quod in ęquale resoluitur in proportione dupli existit. Cõsequens igitur est ex hoc, vt virtutes graduum medicinarum proportionales sint dupli proportione. Cũ ergo adiunxerimus huic cõclusioni suam comparem, hoc est, quòd proportio dupli est proportionalis, cõsequitur ex hoc est, virtutes graduum medicinarum dominantes proportionales esse, videlicet vt sit proportio caliditatis quę in ęquali cõsistit, ad caliditatem quę in primo gradu attenditur, sicut proportio caliditatis primi gradus ad caliditatem secundi gradus. Et proportio caliditatis gradus secũdi ad caliditatem tertij gradus, sicut proportio caliditatis tertij ad caliditatem quarti gradus. Similiter quoque erit proportio frigiditatis quę est in ęquali ad frigiditatem primi gradus, sicut proportio frigiditatis primi gradus ad frigiditatem secundi gradus. Et proportio frigiditatis secundi gradus ad frigiditatẽ tertij gradus, sicut proportio frigiditatis tertij gradus ad frigiditatẽ quarti gradus. Virtutes ergo contrarias virtutibus quę ab ęquali secundum augmẽtum recesserunt, si denominauerimus secundum modum comparationis excedentium, erunt proportionales addẽtes. Hoc est, erit mensura augmenti frigiditatis, quæ est in æquali supra frigiditatem gradus primi, sicut mensura frigiditatis gradus primi supra mensuram frigiditatis gradus secundi erit

mensura

mensura frigiditatis gradus secūdi supra mēsuram frigiditatis gradus tertii, sicut mensura frigiditatis gradus tertij supra mensuram frigiditatis gradus quarti. Si autē denominauerimus virtutes quasdam earum ex aliis erunt ęquales, quemadmodum ostendimus omnes ęquales existere, ex eo quod in ęquali reperitur cum augmētum sublatum fuerit. Ipsę enim partes ęquales inuenientur. Huius autem declaratio est, quòd ęquale istud existit in quo tantum obtinetur caliditatis quantum & frigiditatis, siue partes sint paruę, siue magnæ.

Cap. VIII.

POnamus itaque, quòd ęquale sit pars minima partium, & illud est vnitas, cuius medietas sit calida, & medietas frigida: & quòd caliditas primi gradus sit dupla eius quod est in ęquali ex caliditate, sicut ostendimus primū augmentum naturale esse augmentum dupli. Quia igitur quod in equali continetur ex frigiditate ęquū est ei, quod est in ipso ex caliditate, oportet, ut sit caliditas primi gradus dupla etiā frigiditatis, quæ est in ęquali. Cum ipsius frigiditas suæ caliditati sit ęquale. Et quia caliditas primi gradus dupla est frigiditatis, quæ reperitur in ęquali. Erit ergo quod est in ipso ex frigiditate, quantum est medietas eius, quod est in ip

ſo ex caliditate: ergo caliditas erit pars, & frigiditas partis medietas. In gradu quoque ſecundo quod ex caliditate reperitur duplũ eſt eius, quod eſt ĩ primo, ex caliditate, ſicut patefecimus ex augmẽto dupli. Sed qđ eſt in primo gradu caliditatis (ut oſtenſum eſt) duplũ eſt eius, quod in ęquali eſt ex caliditate: & duplũ etiam eius quod eſt in ipſo ex frigiditate. Oportet ergo vt ſit qđ eſt in gradu ſecundo ex caliditate quadruplum eius, quod eſt in ęquali ex caliditate: & quadruplum etiam frigiditatis quę eſt in ipſo. Cum cõmenſuratio ad frigiditatem facta fuerit, & quęcunque fuerit caliditas ſecundi gradus eſt quadrupla frigiditatis, q̃ eſt ĩ ęquali. Poſtquã quod ĩ ipſo eſt frigiditatis ęquũ eſt caliditati ipſius, erit caliditas duę partes, & frigiditas partis medietas. In gradu ſimiliter tertio quod cõtinetur caliditatis duplum exiſtit eius, quod eſt in ſecũdo ex caliditate, quemadmodũ oſtendimus ex incremento dupli. Sed quod in ſecundo gradu continetur ex caliditate quadruplũ exiſtit eius, quod eſt in ęquali ex caliditate, & quadruplum etiam eius quod in eodem cõtinet̃ ex frigiditate. Oportet igitur vt quod in gradu tertio exiſtit, ſit octuplum caliditatis, quę eſt in ęquali, & octuplum ẽt frigiditatis eiuſdẽ, cũ cõmẽſuratio ad frigiditatẽ facta fuerit. Et cũ caliditas grad⁹ tertii octupla ſit frigiditatis, quę eſt in ęquali, erit qđ eſt in ipſo ex frigiditate octaua pars eius, quod eſt

in eo ex caliditate, ergo erit caliditas partes quatuor, & frigiditas pars media. In gradu quoque quarto, quod est ex caliditate duplum existit eius quod est in tertio ex caliditate, quemad modum ex augmento dupli patefecimus. Sed quod est in tertio ex caliditate, iam fuit octuplũ eius, quod in ęquali continetur ex caliditate, & etiã octuplum frigiditatis quę est in ipso. Oportet igitur vt sit quod est in gradu quarto ex caliditate sexdecuplum eius, quod est in ęquali ex caliditate, & etiam sexdecuplũ eius, quod in ipso continetur ex frigiditate. Cũq; ad frigiditatẽ mensuratum fuerit, quia caliditas quarti gradus caliditate tertij gradus dupla existit. Et cum caliditas quarti gradus sexdecupla fuerit frigiditatis quę est in ęquali, erit illud quod est in ipso ex frigiditate quantum est medietas octauę partis eius quod in ipso reperitur ex caliditate. Erit igitur caliditas octo partes, & frigiditas partis medietas. Non dissimiliter quoque ex frigiditate in primo gradu, & secundo, & tertio, & quarto continebitur cum incremento ad caliditatem se habebit, secundum proportionis modum, quẽ prę misimus ex frigiditate & mensura in humiditate & siccitate ad eundem modum obseruabitur. Iam ergo ex hoc manifestũ fuit, quod cũ tu proportionaueris virtutes contrarias virtutibus, q̃ ab ęquali recedentes peruenerunt ad augmẽtum quarum quę in quolibet graduum est, medietas

par is

partis unius erunt ęquales. Cúq; aũt proportio naueris eas ſecundum modum reſolutionis, quę habet ad præcedentes, erunt proportionales dupli ꝓportione, hoc eſt, quod frigiditas caliditatis tertij gradus addit ſupra frigiditatẽ caliditatis quarti gradus, quantũ eſt quarti gradus frigiditas. Similiter quoq; gradus ſecundus ſup tertium, & primus ſuper ſecundũ, & æquale ſup primũ, hoc eſt quod frigiditas caliditatis quarti gradus tanta eſt, quanta medietas octauę partis caloris eiuſdem, & in tertio gradu octaua, & in ſecundo quarta, & in primo media, & in ęquali ſimiliter. Calor quoq; qui attenditur ſm dominium frigiditatis in tertio gradu, eodem modo calorem frigiditatis quarti gradus ſuperat cum quantitate caloris quarti gradus. Gradus etiam reſidui ſimiliter ſe habẽt. In ſiccitate quoque & humiditate idem inuenitur. Iam ergo ex hoc quod pręmiſimus materiam eſt, & omnibus proportionibus quæ ĩ proportione augmẽti attenduntur proportionem dupli meliorem exiſtere, in qua ęquale reperitur, hoc eſt quod ipſa in æquale reſoluitur, ſicut demonſtrauimus. Muſicæ quoque tractator docuit hanc proportionem omnibus alijs proportionibus meliorẽ exiſtere, & naturis conuenientiorem eſſe, ſ. dupli proportionem. Ex hoc quoque declaratum eſt quoſdã nõ nominaſſe gradũ primũ, ſecũdũ, tertium, & quartũ, niſi ſolũmõ ſecundum mo-

dum quo numeri ordinatio noïatur,& non aliter: hoc eſt ꝙ eorum ſermo in noïando gradũ primũ,ſm, tertiũ, & quartum non intelligitur. abſq; qualibet duarũ intentionum: quarũ vna eſt eorũ,quę eos ſm ordinẽ numeri, & eorum cõputationem nominauerũt quæ eſt huius primum,ſm,tertium,quartum. Alia aũt eorũ quæ hoc ſecundum modum virtutum dixerunt, ſ. quæ quartum nominauerũt gradum: eo ꝙ eius virtus primi quadrupla exiſtit. Si q igitur hos gradus,ſ.primum,ſecundum,tertiũ,& quartũ, ſic nominari dixerunt ſecundum ordinem numeri, & non ſecundum virtutum ordinationẽ, nõ erit eorum dictio conueniens:ſm primum modum nominationis,cũ ipſi in gradibus virtutes quęrãt. Qđ ſi fuerint aliqui q dicãt in gradibus quartũ dici: ꝙ eius virtus ſit quadrupla primi,& triplũ:cã ſuę virtutis quę eſt tripla primi erit iſte ordo graduũ abſq; ꝓportione. Nos vero iã oſtendimus in pcedẽtibus ipſos porportionales exiſtere. Gal.quoq; in lib.decem tractatuum,quem de componẽdis medicinis edidit: in parte videlicet octaua,cũ de quinta cõfectione medicinarũ Andromachi tractaret, ad curãdum ſtomachum eorũ deſtruxit ſentẽtiã.Et qui quarti gradus virtutem primi quadruplã,& tertij primi triplam afferebant. Confectio autẽ illa ſatis aperte põt in libro illo intelligi, ſiquis intente ipſum conſiderare voluerit: & ſi fuerit

boni

boni intellectus, & in proportione, & proportionalitate instructus, intelliget sententiam eorum, qui dicunt quartum gradũ quadruplũ primi anullatum esse. Alij autem præterea fuerũt, qui graduum virtutes scd̃m hunc ordinẽ se habere dixerunt, affirmãtes virtutẽ caloris primi gradus habere in se quinq; octauas virtutis caloris quarti gradus. Ideoq; eius tres octauæ remanent frigidę. Dixerunt etiã, quòd virtus caliditatis secundi gradus habet in se tres quartas virtutis caliditatis quarti gradus: & remanebit eius quarta frigida. Et quod virtus caliditatis tertij gradus continet septem octauas virtutis caliditatis quarti gradus, & remanebit eius octaua frigida. Quod autem eos in hanc induxit sentẽtiam fuit quidam qui dixit, quòd si nos misceremus medicinam in quarto gradu calidam cum medicina frigida in eodem gradu: & ęquaretur medicina, & essent in ea quatuor partes calidæ, & quatuor frigidę. Sed si adderemus quintam partẽ calidam, esset calida in primo, essentq́ue ipsius quinque partes calidę, & tres frigidę. Similiter si adderemus sextam partem calidam, esset in secundo gradu calida, & eius essent tres quartę partes calidę, & alia quarta frigida: septimam quoque partem calidam si adderemus esset medicina calida in tertio gradu, essentque ipsius 7. octauæ calidæ, & reliqua octaua frigida. Quod si octa-

uam partem adderemus calidam, esset medicina calida in quarto gradu: esset autem tota calida nihil habens in se frigiditatis. Huius autem intentio falsa existit, & secundum modum experimenti, & secundum eum, qui contra eum argumentatur, ponens principium suum secundum dicta illius hoc est, quod si prędictus misceret medicinam calidā in tertio gradu, cū medicina frigida in eodē gradu, ęquaretur medicina, essentque in ea tres partes calidę, & tres frigidę. Quod si pars vna caliditatis adderetur, eēt calida in primo gradu, & essent eius quatuor partes calidę, & duę frigidę. Essent igitur secundum hoc primi gradus duę tertię calidę, & vna frigida. Ex pręmissis vero quinque eius octauę fuerunt calidę, & tres frigidę, hoc autem impossibile est. Similiter quoque si pars secunda cum prima calida fieret, esset medicina in secūdo gradu, essentque eius partes quinque calidę, & pars reliqua frigida, ergo secundum hunc modum: 5. sextę secundi gradus existerent calidę, & vna frigida. Sed in præcedentibus eius tres quartę fuerunt calidæ, & vna frigida, qđ omnino cōtrariū est, & impossibile. Ita ēt si pars tertia cū secūda & prima calida fiat, erit medicina tota calida, nihil in se retinēs frigiditatis. Sed in pręcedētibus ostensum fuit, quod cū pars tertia cum partibus, quæ ipsas præcedunt in quarto gradu calida, fit eius 7. octauę existunt calidæ, & reliqua

qua octaua frigida. Ideoque intentio hęc manifeste falsa existit. Non enim oportet vt huius intentionis inuentor aliquid in gradu quarto attē dat, quod non ęquale in gradu tertio & secundo obseruari possit. Postquam igitur huius intētionis falsitas manifestę apparuit, & eius est etiā sententia manifeste destructa quod virtutem quarti gradus primi quadruplam, & tertij triplā primi asserebant, ex eo quod Gal. in receptione medicinę sui libri comprobauit, & ex eo quod nos declarauimus. Et postquam ostensum est, quod gradus dupli proportione proportionales existunt, s. quòd proportio virtutis gradus primi ad secundum in effectu est, sicut proportio virtutis gradus secundi ad tertium, & proportio virtutis gradus tertij ad quartum, declarabo nunc quomodo cognitio componendi medicinas secundum hanc proportionem, quæ omnibus ab his in proportione augmentorum melior existit comprehendi queat.

De compositione medicinarum. Cap. IX.

DIcam ergo, quòd compositio medicinarū licet infinitas recipiat sectiones, in sex tamen restringitur, cum sub regulis rationis comprehensa fuerit. Quarum vna est compositio medicinę calidę, cum alia medicina calida: & secunda cōpositio medicinę frigidę cum alia medicina frigida: & tertia cōpō medicinæ calidæ cū medicina frigida: quarta quoq; cōpo

ſitio temperatę cum medicina temparata: quin
ta etiam compoſitio medicinæ temperatæ cum
medicina calida. Et ſexta compoſitio medicinę
temperatę cum medicina frigida. Compoſitio
quoq; medicinę calidę cum alia calida tribus
ſit modis. Vnus eſt, vt ipſa miſceatur medici-
nę æquè calidæ, vt ipſa eſt. Secundus vt coniun
gatur medicinæ maioris caliditatis. Tertius, vt
medicinę minoris caliditatis coniũgantur. Qđ
ſi cõpõ medicinę ęquè caliditatis fiat: nõ erit ĩ
ea caloris augmẽtũ, neq; minuet ex ea aliq̃d: Et
ſi compoſitio medicinę fiat ex medicina calida:
& alia quæ ſit minoris caliditatis, erit medicina
compoſita minus calida. Sed ſi compoſitio me-
dicinæ fiat ex calida, & alia quæ ſit maioris cali
ditatis. erit medicina compoſita magis calida:
neque minuetur ex ea aliquid: & erit eius cali-
ditas inter augmentum, & diminutioné, i. inter
caliditatem medicinæ habentis caliditatem cũ
augmento: & alterius habentis ipſum calorem
cum diminutione. Nos itaq; huius quod dixi-
mus exemplum ponamus; & hoc eſt; ꝙ cũ nos
miſcuerimus duas aquas, quarũ vnaquaq; ſit bu
liẽs in ſummo, neq; in noſtra permixtione mo
ra interuenerit, nõ minuetur ex ea aliquid: ſed
remanebunt feruentes vtręq;. Si aũt aliã minus
feruentẽ cũ alia quæ magis ferueat cõmiſcueri-
mus, augmentabitur caliditas aquę minus fer-
uẽtis, pp aquã multum feruentem, & minuetur
calidi-

caliditas aquæ multum feruentis, pp aquam minus feruentem. Non eſt tam conueniens vt extimemus medicinam calidam caliditatẽ calidioris medicinę, cui admiſcetur minuere pp modũ qualitatis minoris caliditatis, ſed pp ꝓprietatẽ eius, quod eſt cũ eius minore caliditate, ex qualitate frigiditatis. Eodẽq; modo frigiditas medicinæ frigidioris minuetur ex eo, qđ eſt minus frigida ex qualitate caliditatis: pp hoc etiam in præcedentibus declarauimus frigiditatẽ cũ caliditate primi gradus ęquari medietati caliditatis ipſius; & ſic in reliquis gradibus eſt intelligendum; vt ex hoc cognoſcas illud, quod nomẽ frigiditatis comprehendit ex nomine caliditatis. Aut nomen caliditatis ex noïe frigiditatis: Aut nomen humiditatis ex nomine ſiccitatis: Aut nomen ſiccitatis ex nomine humiditatis: quemadmodum in ſequentibus propalabo. Cõpoſitio vero medicinæ, quæ fit ex frigida medicina cum alia frigida medicina tribus etiam fit modis. Vno vt medicina frigida in compoſitione iungatur alij medicinæ eiuſdẽ qualitatis vel frigiditatis. Nõ ergo qñ fiet cõpõ augmentabit frigiditas, neq; minuet ex ea aliqd: Scđo vero vt in cõpõne medicina frigida cũ alia maioris frigiditatis miſceatur: Tertio vero, vt in compõne medicina frigida aliæ minoris frigiditatis adiũgatur, & augmẽtate frigiditatis ex diminute frigiditate minuetur: eritq; medicina cõpoſita in

ter

ter frigiditatē frigidioris; & frigiditatem minus frigide. Hoc quod manifestū est vt apparēs ei, qui propositum exemplum, memorię commendauit. Rursus in compositione quę fit ex cō iunctione, quæ est medicinę calidę cum frigida, vnaqueque qualitatum a sua minuitur contraria. Et rursus in cōpositione, quæ fit ex commixtione medicinæ ęqualis, cū alias æquali erit medicina composita ex his ęqualis. In cōpositione quoque, quæ fit ex coniunctione medicinę calidę, cū ęquali erit medicina ex eis cōposita non ęqualis quia cū ęquale inęquali admixtū fuerit, non erit medicina ex his cōposita æqualis. Hoc .n. uerū est ex p se notis quę probatione nō īdigent, & necesse; est vt caliditas medicinæ calidæ minuatur ex eo qđ declarauimus. Et hoc est, qđ illud, quod est minus calidum ex caliditate frigiditatis reprimit caliditatem eius quod est magis calidum. Huius autem sermonis summa est, quòd cum compositio sit ex commixtione ęqualium, cum ęqualibus, & calidarum cum calidis, & frigidarum cum frigidis eiusdem, i. tantæ frigiditatis non augmentabitur eorum virtus, neque minuetur ex eo, quod est in ea aliquid. Erit ergo temperata, aut calida, aut frigida. Sed cum compositio fiat ex commixtione medicinarum diuersarum ex augmento & diminutione, aut ex contrarietate, minus ab augmento augebitur, & maius a diminuto minuetur.

Ex-

Expositio compositionis medicinæ, & renunciatio compositionis medicinę calidę cum alia medicina calida.

CONgregabis itaq; pondera medicinarũ calidarum, quę in gradibus sunt, & seꝑuabis ea, quod etiam in eis ex virtutibus frigidis reperitur, coniunges, & quę sit earum denominatio ex numero calidarum scies. Nos autem sæpe in his, quæ præcesserunt diximus, quòd cũ virtutes frigidę fuerint quantum medietas calidarum virtutum, erit medicina ex eis composita in primo gradu calida. Et cum virtutes frigidæ fuerint quantum quarta pars calidarum virtutum erit medicina in secundo gradu calida. Et cum fuerint virtutes frigidæ quantum octaua pars virtutum calidarum erit medicina calida in tertio gradu. Et cũ fuerint virtutes frigidę quantum 16. virtutũ calidarũ erit medicina calida in quarto gradu. Similiter quoque inuenitur regula medicinarum, in quibus frigiditas dominatur, & vni quatuor graduum comparatur. Quod si virtus medicinę inter duos ex quatuor gradibus fuerit proportionem eius, ex differentia quę est inter illos duos gradus inuenitur scias. Eius itaque, quod diximus, exemplum ponamus. Et hoc est, quod cum miscuerimus pondus drac. 1. masticis (qđ in secũdo gradu calidũ existit) cũ pondere drac. ij.

carda-

cardamomi, quod est ĩ primo gradu calidũ, multiplicabimus virtutẽ caliditatis primi gradus, quæ est vna in 2. dra. cardamomi: & proueniẽt inde partes duę: deinde multiplicabis virtutẽ etiam gradus secundi, quæ est duo, secũdũ primã regulã in drac. 1. masticis: & proueniẽt inde partes duę. Adiungens itaq; duas partes caliditatis cardamomi duabus partibus caliditatis masticis, & fiẽt quatuor partes calidę, quas seruabis queadmodũ indicaui tibi. Tu aũt iã sciuisti ex p̃missis, ꝙ partes q̃ cũ caliditate primi gradus existũt, sũt quãtũ medietas partiũ calidarũ. Est ergo in illa ex frigiditate pars media cũ ad partes calidas cõparata fuerit. Multiplicabis ergo hãc mediã in põderibus duarũ drac. cardamomi, & erit pars ĩtegra frigida. Similiter quoque tu iã sciuisti, ꝙ partes calę caliditate 2. gradus duplũ sunt primi: & ꝙ earũ quarta est frigida, & ꝙ quarta duorũ est medietas. Multiplicabis itaq; medietatẽ in pondere vnius drac. masticis, & erit medietas frigida. Eã igitur adiũgentes parti frigidæ ꝓueniẽt ex eis pars, & medietas partis frigiditatis. Scias itaq; quę sit denominatio partis, & mediæ partis frigidę ex quatuor partibus calidis quas sciuisti. Ipsę aũt erũt tres octauæ. Ostẽsum est igitur, ꝙ huius medicinæ cõpositę tres octauæ quę sunt cũ eius partibus calidis, frigidæ sunt. Iã aũt sciuisti, ꝙ frigiditas quæ est cũ caliditate primi gradus, est quã-

tum

tum medietas eius, quod est in illo ex caliditate, & quod frigiditas quæ attēditur respectu caliditatis secundi gradus, est quātum quarta pars frigiditatis ipsius. Sciuisti etiā, quod tres octauę minus sunt medietate, quæ est frigiditas quæ cū caliditate primi gradus reperitur, & plus quā quarta q̃ est frigiditas, q̃ secundum caliditatē secundi gradus attenditur. Oportet igitur vt medicina hæc, cuius tres octauæ, q̃ cū partibus calidis inueniūtur frigidæ sunt inter gradū primū, & secūdū existat. Cum ergo volueris scire in quoto gradu calida sit medicina supfluitatē qua frigiditas q̃ scđm primū gradū attēditur frigiditatē q̃ cum scđo gradu reperitur superat. Scias q̃ est quarta partis frigidę: minuasq; hanc ex tribus octauis q̃ frigiditas cōpositę medicinæ, & remanebit octaua. Deinde scies quę sit denoīatio eius ex quarta q̃ est supfluitas, q̃ inter duos gradus inuenitur: inueniesq; ipsam esse medietatē. Ex hac quoque medietate caliditas scđi gradus reprimetur. Minuas itaq; hāc denoīationē a gradu scđo, & erit medicina cōposita in medio scđi gradus calida. Et hoc est qđ demōstrare voluimus. Regula quoque q̃ in cōpositione medicinæ frigidæ cum medicina frigida attenditur. Similiter erit denominatio compositionis calidę cū frigida. Virtutes ponderū medicinarū calidarū q̃ in gradibus attēdūtur aggregabis: & quod cum eis est ex virtutibus frigi-

dis adunabis : & vnumquodq; eorũ p ſe ſeparã
tim ſeruabis. Virtutes quoq; pōderũ frigidarũ
quæ in gradibus attenduntur , & quod cum eis
eſt,ex virtutibus calidis congregabis . Demum
virtutes calidas virtutibus calidis adiunges , &
virtutes frigidas virtutibus frigidis.Si ergo vir
tutes calidę cum frigidis alternentur , medici-
na compoſita in caliditate & frigiditate erit
æqualis. Quod ſi virtutes calidę frigidis pures
fuerint,ſcies denominationem virtutũ frigida
rum ex eis, & facies ſicut pręmiſimus : frigidę
quoque virtutes ſi calidis plures extiterint,quæ
ſit virtutum calidarum denominatio ex eis de-
notabis,& facies ſicut pręmiſſum eſt .

Compoſitio autem medicinę æqualis cum æquali,eſt ſicut diximus,videlicet quòd medicina compoſita ex eis erit æqualis.

NArratio autem compoſitionis æqualis
cum medicina calida virtutes ponde-
rum medicinarum æqualium calidi-
tas & frigiditas vnũquodq; videlicet genus per
ſe aggregabis . Virtutes quoque medicinarum
calidarum,& quod cum eis eſt ex virtutibus fri
gidis ſimiliter congregabis . Demum virtutes
calidas calidis,& frigidas frigidis adiunges . Et
virtutes frigidas ex calidis denominabis ,& fa-
cies, vt pręmiſsũ eſt. Cuius exẽplũ eſt, vt miſcea
mus mannę drac.j.cum cardamomi drac. j. Et
cum iam ſcuiſti, quod illud,quod ex caliditate
in medici-

in medicina æquali continetur, eſt quantum eſt in ipſa ex frigiditate: & quia hoc eſt ita, medietas ergo eius eſt calida, & alia medietas frigida. Quod igitur ſecundum hoc in ipſa eſt ex caliditate eſt pars media, & quod ex frigiditate pars media. Quod ſi poneremus quod in ea continetur ex caliditate partem, & frigiditate partem, & gradus reliquos, ſecundum hunc ordinē ſtatueremus, ſ. proportionem dupli proportionales conueniens eſſet. Sed quia caliditas primi gradus, & ipſius frigiditas in primis partibus continētur, quę ſenſui manifeſte occurrūt, melius eſt vt quod in ęquali ex caliditate continetur & ex frigiditate ponatur pars media calida, & media frigida. Accipies itaq; pro drac. cardamomi partem j. calidam, & mediam partem frigidã, propter hoc quod demonſtrauimus. Pro ʒ. quoque mannæ ſumes mediam partem calidam, & mediam frigidam coniunges, deinde partes calidas duarum medicinarum & prouenient ex eis pars & partis medietas. calidæ partes quoque duarum frigidarum medicinarum aggregabis, & proueniet ex eis pars vna frigida. Scies itaque quę ſit denoīatio partis ex parte, & media, & erit duæ tertiæ. Scies igitur ꝙ huius compoſitę medicinę duę tertię quo ad calidas, frigidę ſunt. Oportet ergo vt huius medicina compoſita æquali ſit calidior, eo quod calor, quæ eſt in æquali, eſt quantum ipſius frigidi

tas.

tas. Scies itaque differentiam quæ eſt inter ęqua-
le,& gradum primum ſecundùm frigiditatē:
& hoc eſt medietas. Minue igitur eam ex dua-
bus tertijs, & remanebit ſexta. Deinde ſcies,
quæ ſit eius denominatio ex differentia,quę eſt
inter ęquale,& gradum primũ, & inuenies ter-
tiam. Ex hac ergo denominatione calida primi
gradus fuit repreſſa. Ideoq́ue medicinæ calidi-
tas erit in duabus tertijs gradus primi. Et hęc
eſt regula,quæ obſeruanda eſt in compoſitione
medicinæ ęqualis cũ frigida. Illud præterea qđ
tibi patefeci in virtutibus calidis, & frigidis,
ex me intellige, quia in humidis, & ſiccis,idē
obſeruatur: & ſimiliter in reſiduo eius totius,
quod in hoc libro continetur ex intenſione ca-
liditatis, & frigiditatis. Exemplum compo-
nendi medicinam.

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigid.	ſiccit.	humidit.
Cardamomi	drag. 1.	pars 1.	pars s.	pars 1.	pars s.
Zuccari	drag. 2.	partes 2.	pars 1.	pars 1.	partes 2.
Indi	drag. 1.	pars med.	pars 1.	pars 1	pars s.
Emblicis	drag. 2.	pars 1.	part 2.	part. 2.	pars 1.

Congregabis itaque partes calidas, & erunt
quatuor, & media. Partes quoque frigidas col-
liges,& erunt quatuor,& media: & ſiccę erunt
ſex:& humidæ erunt tres. poſtea ſcies quę ſit fri-
gidarum partium denominatio ex calidis: ipſę
vero ſunt totidem quot & illę. Cũ igitur æqua-
les ſint, medicina compoſita in caliditate, &

fri giditate

frigiditate erit temperata. Deinde ſcies denominationem partium humidarum ex ſiccis, quæ eſt earum medietas. Et quia ſic eſt medicina erit ſicca in primo gradu, & in caliditate, & frigiditate erit ęqualis. Exemplum compoſitionis alterius medicinæ.

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigid.	ſiccit.	humid.
Maſticis	drag. 1.	partes 2.	pars s.	part. 2.	pars s.
Cardamomi	drag. 2.	partes 2.	pars 1.	pars 1.	pars 1.

PArtes calidas adunabis, quæ erant quatuor: frigidæ autem cum collectę fuerint erit pars vna & med. & ſiccæ erunt quatuor, humidæ quoque erant pars vna, & dimidia. Deinde ſcies denominationem partium frigidarum ex calidis ex qua proueniunt tres octauæ. Tres autem octauæ minus ſunt medietate, quę eſt frigiditas primi gradus, & pluſquam quarta, quæ eſt frigiditas ſecundi gradus. Erit ergo caliditas huius medicinæ compoſitæ addens ſupra caliditatem gradus primi: quia eſt plus duplo frigiditatis medicinæ compoſitæ. Scias itaque ſuperfluitatem frigiditatis, quæ eſt inter gradum primum, & ſecundum, quæ eſt quarta, quã poſtquã minueris ex tribus octauis remanebit octaua. Scias ergo denominationem eius ex quarta, quæ eſt duorum graduum differentia, & inuenies eam medietatem. Eſt itaque ex hoc ſitum frigiditatis huius medicinę ſupra frigiditatem gradus ſecundi per quantitatem medietatis au-

ɛ̃tam fore. Ex hoc igitur consequitur caliditatẽ gradus secundi esse minoratam secundùm quãtitatem suę medietatis. Quantitas autẽ augmenti frigiditatis medicinæ supra frigiditatem gradus tanta est, quanta diminutio suæ caliditatis, cuius rei probatio est: quia si frigiditas gradus secundi augmentaretur secundùm quantitatem frigiditatis, quæ est in gradu secundo, reprimeretur caliditas ipsius gradus, & descenderet ad gradum primum. Quod similiter erit obseruandum in reliquis gradibus. Iam igitur manifestum fuit mensuram augmenti frigiditatis medicinæ supra frigiditatem gradus mensurę diminutionis caliditatis eiusdem gradus æquari. Vnde cum medietas caliditatis gradus secundi in prędicta medicina sit diminuta, relinquitur vt sit ipsius caliditas medietas caliditatis gradus secundi, vt si manus facies secundum hoc quod ꝑcessit in superfluitate, quæ inter gradũ primũ & secũdum inuenitur, hoc tamen leuius est, & manifestius apparet probatio eius operationis.

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigid.	siccita.	humid.
Masticis	drag 2.	partes 2.	pars s.	part. 2.	pars s.
Accori	drag 1.	pars 1.	part. 4.	pars 1.	partes 4.
Balaustiæ	drag. 1.	partes 4.	pars 1.	pars 1.	part. 4.
Armel	drag. 1.	partes 2.	part. 4.	part. 2.	part. 4.
Emblici	drag. 1.	partes 4.	pars s.	pars s.	partes. 4.
Nigelle.	drag. 2	partes 2.	pars s.	part. 4	pars s.
Euforbij	drag. 1.	partes 4.	part. 4.	part. 4	partes 4.
Nasturcij	drag. 1.	partes 4.	part. 4.	part. 4.	partes 4.

Medi-

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigid.	siccit.	humidi.
Masticis	drag. 2.	partes 4.	pars 1.	part.4.	pars 1.
Accori	drag. 1.	partes 2.	pars s.	part.2.	pars s.
Calaustiæ	drag.1.	pars med.	part.2.	part.2.	pars s.
Armel	drag.1.	partes 4.	pars s.	part.4.	pars s.
Emblici	drag.1.	pars s.	pars 1.	pars 1.	pars 1.
Nigelle	drag.2.	partes 8.	pars 1.	part.8.	pars 1.
Euforbij	drag.1.	partes 8.	pars s.	part.8.	pars s.
Nasturcij	drag.1.	partes 8.	pars s.	part.8.	pars s.
Mellis	drag.1.	partes 200.	par.50.	par.200.	part.50.

HVius itaq; medicinę partes frigidæ si ex calidis denominẽtur: erũt ipsarũ quinta. Quinta vero minor est quarta, quæ est quantitas frigiditatis gradus scđi: & maior octaua, quæ est frigiditas gradus tertij. Quapp considerandũ est, ꝙ si augmentũ quintæ supra octauã: & inuenitur esse triũ quartarũ decimæ cuius denominabis ergo eas ex octaua: & erunt tres quintæ. Minuetur itaq; tres quintæ à gradu tertio: & remanebit medicina calida in duabus quintis gradus tertij. Quod si hæc medicina ex centum drag. mellis cõficiatur: erunt ꝭm hũc numerũ, & hoc põdere. Erit.n. ipsius frigiditas minor quarta p quãtitatẽ vnius partis: & triũ quartarũ partis unius, qđ est valde paruũ. Oportet igitur vt huius medicinę caliditatis secũdi gradus caliditate sit maior: ꝭm paruã quãtitatẽ videlicet partis, & triũ quartarum vnius partis. Directio, siue rectificatio graduũ vnius: videlicet ex cõtrarietate, quæ est in alio. Gradus

itaq; quarti caliditatis,atq; frigiditatis à ſuis cõtrarijs,quę in alijs sũt gradibus rectificãtur ab his, ſ.quæ ſunt in gradu tertio ex quantitate dupli,& ſeptimæ vnius: & ab his,quæ ſunt in gradu ſecũdo ex quincuplo ab his quoq;, quæ ſunt in primo gradu ex quindecuplo. Gradus itaque tertij caliditatis, & frigiditatis à ſuis cõtrarijs, rectificantur,quæ in alijs ſunt gradibus ab his, videlicet quæ ſunt in ſecũdo ex duplo,&tertia: & ab his,quæ ſupra ipſum ex ſeptuplo. Gradus quoque ſecundi caliditas,& frigiditas rectificatur à ſuis contrarijs,quæ ſunt in primo ex triplo. Rectificatio vero hic tẽperamentũ intelligitur. Intẽditur enim, vt caliditas frigiditate tẽperetur, aut frigiditas caliditate: & ſic in alijs. Ideoq; æquale nullũ tẽperat ex gradibus,cũ ipſius caliditas quarta ſit ipſius frigiditatis. Vnde cũ medicina cõponetur ex ęquali,& nõ ęquali, nunquam erit æqualis. Scias ergo hoc. Compoſitio quarti gradus cum ſuo contrario,quod eſt in tertio, vt ab eo temperetur: huius itaq; compoſitæ medicinæ partes 9. calidę,& media ſeptima frigidæ ſimiliter 9.& media ſeptima.

Medicinæ	pondera	caliditas	frigiditas.
Piperis	drag. 1.	partes 8.	pars med.
Ipoqueſtidos	drag. 2.& 7.	pars 1.& s. 7.	part. 8.& 4. 7.

Compoſitio gradus quarti, cum eo quod ex ſuo cõtrario minuitur in ſecundo, vt tempere-

tur

tur, huius quoque medicinæ partes calidæ ſunt 10.& media: & frigidæ ſimiliter 10.& media.

Medicinæ	pondera	caliditas	frigiditas.
Piperis	drag. 1.	partes 8.	pars med.
Baluſtiæ	drag. med.	partes 3.& s.	partes 10.

Compoſitio gradus quarti cum eo, quod eſt in primo ex ſuo cõtrario, vt temperetur. Huius itidem medicinę partes calidę ſunt quindecim & media: & frigidæ quindecim & media.

Medicinę	pondera	caliditas	frigiditas.
Piperis	drag.. 1.	partes 8.	pars s.
Violarum	drag. 15.	partes 7.& s.	partes 15.

Compoſitio gradus tertij cum eo, quod in ſecundo gradu inuenitur ex ſuo contrario, ut tẽperetur: huius ſimiliter medicinę partes calidę ſunt 5.& ſexta: & frigidæ 5.& ſexta.

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigiditatis.
Aſari	drag. 1.	partes 4.	pars s.
Arnogloſſę	dra. 2.& 3a.	part. 1.& 6a.	par. 4.& 2. ter.

Compoſitio gradus tertij, cum eo, quod ex ſuo contrario in primo gradu exiſtit, vt temperetur: huius etiam medicinæ compoſitæ partes calidæ ſunt 7.& media: & frigidæ 7. & media.

Medicinę	pondera	caliditatis	frigiditatis.
Galangę	drag. 1.	partes 4.	pars s.
Myrobal.	drag. 7.	part. 3.& med.	partes 3.

Compoſitio gradus ſecũdi, cum eo quòd ex

ſuo contrario in primo reperitur, vt tẽperetur: huius ſimiliter medicinæ compoſitæ partes calidæ ſũt tres & media: & frigidæ tres & media.

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigiditatis
Ambræ	drag. 1.	partes 2.	pars med.
Bellirici	drag. 3.	pars 1. & med.	partes 3.

Explicit liber Alchindi de gradibus compoſitarum medicinarum.

F I N I S.

GVLIELMI RONDELETII DE PONDERIBVS,

Siue de iusta quantitate, & proportione Medicamentorum,

LIBER.

Quantitatem in Medicamentis, tàm simplicibus, quàm compositis esse obseruandam,

CAPVT I.



EDICAMENTA, quę ad morbos profligandos sola, vel alijs permixta vsurpantur, iusta, & idonea quãtitate decerni præscribique debẽt. Id enim Galenus lib. j. ad Glauco. docet. Cum vniuersam medendi artem ex remedij cuiuscunq; quantitate, qualitate, utendi modo, ac occasione constituit. Morbi enim tantùm valentioribus, aut saltẽ paribus, quæque tanto recessu, quanto & morbus à naturali distant, non aũt imbecillioribus remedijs expugnantur. Imbecilliora uerò dicũtur ea remedia, quæ vel magnam in agendũ uim ex sua natura obtinẽt,

quam tamen in exigua quantitate promere nequeunt: aut quæ languidis omnino uiribus ab ortu suo dotata sunt. Quapropter illa facile, uel morbi uehementia, uel naturæ ui, uel utroque uincuntur, omniq; agendi euentu frustrantur. Morbus autem medicamento superior est, quum huius uis excrementorum multitudine obruitur, & hebetatur: uel quia morbus multis numeris natura superior est. Naturę verò cedũt remedia, quæ ad alimenti naturam accedunt: quibus etiam substantię familiaritas cum assumentis corpore intercedit: uel huius indoles talis est, ut non nisi multa ui moueri possit. Excremẽta porrò remediorum uires eximere, ac obtundere, uel solo sinapi exemplo euidenter innotescit, quod cum acrimoniæ, atq; ideo uesicatoriæ (ut dicitur) facultati sit particeps: ut eius effectum cuti foris adhibitum patenter inurat, pustulasq; ambusti modo faciat. Sumptum tamen nil eiusmodi prȩstare uideatur, quòd eius impetus larga excrementorum ventriculi humiditate retũdatur, & hebetetur. Ergo ut ignis scintillȩ millesima pars non urit: nec etiam exigua medicamenti quãtitas corpus nostrum, vel afficere, vel immutare potest. Idq; non adeo mirandum in his, cum pauca sæpe deleteriorum quãtitas in corpus sine lȩsione recipiatur. Ostẽdunt Cantharides, quarum modica portio alijs medicamẽtis permixta, citra partium quas per

meant

meant offensionem vrinas commodè deducũt. Eadem etiam ratio deprehenditur in compositis illis efficacibus medicamẽtis: ex quorum numero sunt, vehementer purgantia, & allexeteria, quę si parciori, quàm ęquum est quantitate sumantur, nullum uel exiguum corpori subsidium præbent. Cęterùm par in medicamentorum quantitate moderatio, ne illa excedat, exigitur. Maior enim quantitas immoderatius imminuere repentè, vel euacuando, vel adstringendo, uel immutando, aut relaxando, naturę uim perniciemq; infert. Quod verò quantitatis tantum exuperantia id contingant, compluriũ medicamentorum exemplo manifestũ fit: quæ tantùm ob quantitatem suam venenatę perniciei effectũ exhibere cõstat: Cuius generis est Opiũ, Mandragora, Hiosciamus, Cicuta, Lactucę succus, ex cuius immoderato, vel crebro vsu nõ minoris offensionis periculum, quàm ex aliorum corpori impendet. Quapropter in omni remediorum usurpatione, adhibẽda ea mediocritas est, quę sic morbi magnitudini ꝓportione quadã respõdeat, ut nimiũ tũ in quãtitatis excessu, tũ defectu declinetur, cũ hic morbũ indiscussũ relĩquat, nec sępe noxa careat: Ille verò leuiores morbos demẽdo grauiores inducat, ac penè deleterius sit. Sed certã, & iustã eorũ quãtitatẽ obseruabimus: vt tutę, citæ, & probę susceptorum morborum, curationis fiamus compotes.

Dif-

Difficile esse iustam medicamentorum quantitatem definire. Cap. II.

CVM ex medicamentis, quædam non nisi magna quãtitate vllum poßint insignem effectum cõsequi: vt quæ imbecilliter ex se purgãt: alia verò quę tantùm in exigua mole citra grauioris piculi discrimẽ experiri liceat: ob insignẽ eorũ, vel in euacuando, vel refrigerã do, vel calefaciendo uim. Præter hæc autẽ quædam medio modo se habeãt. Difficillimũ proinde est, & in primis arduum remediorũ quantitatem, vel modũ, in tanta eorũ varietate, corporũ dißimilitudine, & varia ætatum, tempestatum, regionũ, locorũ, morborũ, & humorũ euacuandorum rõne definire: propterea quòd non omnibus medicamẽtis data est æqua potestas agendi, & immutãdi corpora omnia, & eodem tempore, eodẽq; loco. Quod enim ad ipsa medicamenta tantùm attinet, plurima sunt quę non nisi magna copia ventrem soluere poßunt: qualia sunt, Pruna, Caßia, Mãna, Thamarindi, Polipodium quercinum. Alia contrà, vt Diagridium, Colocinthis, Veratrum vtrunque, Turbith, Elaterium exigua, quàm plurimũ euacuãt. In alijs autem generibus Castorum, Euphorbiũ, Piper: Cęteraq; tertio, & quarto calefacientium ordine comprehensa, vel exili quantitate strenuè calefaciũt, quemadmodũ etiã eorum contraria in

eodem

eodē excessus refrigerātiū ordine constituta, vt sunt Opiū, Mādragora, hioſciamus simili quāti tate vehemēter refrigerāt. Quæ vero moderatè corpus, vel purgādo exagitant, vt est Rhabarbarū, Agaricus, Senna, Esset in secūdo tertiòue ordine calefaciēdo, refrigerādo, siccādo, & humectando immutāt, mediocri quantitate sunt præscribenda. Talis ergo discriminis in quantitate varietas ratione medicamentorū incredibilem difficultatem parere deprehenditur. Quam nō minorem percipiet, quàm quam multiplex sit eorum, qui medicamētis vtūtur cōditio cōsiderauerit. Primū enim eadē non est in oībus hoībus corporis constitutio, & temperatura. Sunt enim quæ à quouis medicamento mutationem promptè celeriterq; subeunt: alia vero ęgerrimè. Quo fit, ut inter homines quidam solo Cathartici medicamēti odore ad excernendum stimulētur: cum alij ne illius magna quātitate moueantur. Præterea ætatis, & tempestatis diuersitas facit, vt idē homo eadem quantitate, & eodē medicamento vere, æstate, autumno, & hyęme, puer, iuuenis, vir, senex, pariter non moueatur. Quod etiam regionum & locorum dissimilitudo, inæqualitatem remediorū poscat, apparet. Qui enim in regione feruida æstuosaq; degūt, leuiusculi cathartici quantitate pauca, faciliùs lacessuntur, quàm qui in septentrione. Et ne lōgiùs exēpla petamus: Rutenēses nō Drachmis,

sed

ſed uncijs medicamentorum fortium purgantur. Hoc idem accidit Hiſpanis apud Perpinianum, quòd Septentrionalibus ventis aſſiduè perflentur. Monſpeſſuli Drachmę duę, vel tres electuarij de ſucco roſarum ſufficiunt. Auenionéſes medio modo ſe habēt inter nos, & Rutenenſes: Pariſienſes verò, quibus ob regionis humiditatem, aluus ex conſuetudine liquida eſt: nec ualidioribus medicamentis, nec magna eorum quantitate ſunt impetendi. Cætetùm ad eandē difficultatem trahemur, ſi ad morbi, uel ſimptomatis, naturam conſiderandam nos conuertamus. Apoplectici enim & Phrenetici, quibus denique ſenſus aut ſopiti ſunt, aut mēs laborat: ob ſenſuum in illis pręsētem interceptionem: In hijs autem occupationem nimiam, irritationem à medicamentis factam nō ſentiunt, cùmq́; ob id ſphincteres à ſua conſtrictione nō ceſſent: fit inde ut uel nullo modo, vel difficillimè poſſit in illis euacuationis opus compleri. Purgatio contrà facilis cōtingit ijs, quibus tam aluus quouis modo ſolutiùs profluit. Decernēdæ præterea medicamentorum quātitatis difficultatem nō minorem humoris ex eius ſpecie, ſitu, & aptitudine, conſideratio, quàm ſuperiora præbet. Aquoſi enim, & tenues humores, item acres, bilioſi quiq́ue ventriculo, inteſtinis, primiſq́ venis obhæreſcunt, aut tam cōmoti ſunt, trahenti medicamento facilè cędunt. Craſſi autem

tem pigri, ut melancholia, & lenti ut pituita uiſcida, & qui in remotioribus vaſis, q̃ ad ipſum corporis habitum, ſummamq́; curam proximè accedunt, effuſi ſunt illicq́; conquieſcunt vacuatione difficillimè deducuntur. Quæ cũ ita ſint, ſectæ veteres intellexerunt difficillimũ eſſe medicamentorum quantitatem prçfinire: ſed hoc ſitum eſſe in artificioſa coniectura, vnde prudẽtiores Medici, hac in parte alijs ſunt futuri excellentiores.

Obſeruatione longa iuſtam Medicamentorum præſcribendorum quantitatem primùm diſtinctam fuiſſe. Cap. I I I.

OBſeruatione, & experientia, permulta nobis declarata, & patefacta eſſe cõſtat: quæ ſolius rationis ductu, & auſpicijs peruestigari, cognoſciq́; non potuiſſent. Quis enim ratiocinando tantum intelligeret, medicamẽta quædam proprio, peculiariq́; humori exigẽdo idonea eſſe? Et alia pituitæ, alia bili, alia melancholię proliciẽdę aptiora? Quis etiam venenatã, totiq́; corpori infenſam uim quibuſdã alijs medicamẽtis ineſſe, ijſq́; alia antipathia quadã aduerſari ſola ratione conſequeretur? horum enim cognitionem experientia primum veteribus tradidit, & uſus comprobauit: vt & medicamentorum iuſta quantitas obſeruatione, de-

hinc

hinc artificiosa coniectura cognita. Veteres enī cùm experiētia facta deprehendissent quædam medicamēta in exigua quātitate aluum nō mouere, maiorē insuper tentare ausi sunt: At cùm in alijs quibusdam ex mediocri quantitate purgationis exuperantiam contigisse intuerentur: posteà semper maximam illam quantitatē exhibere veriti sunt. Collegeruntq; inde, quænam medicamentorum quantitas neque maior, neq; minor iusto, pro præsenti negotio, Medicis necessario foret vsurpanda. Nec vllus hac in parte adeò exercitatus est, qui possit aliam rōnem reddere, cūr Scammonij unciam vná, vt fit de Cassia, non decernamus. Cassiæ autem grana duo, vel tria, vt Scammonij in aluo subducenda non præscribamus, nisi quod experientia perspicuū fit, Cassiam clementer, & parcè purgare: Scammonium aūt non ausi vehementer id facere.

Medicamentorum augendorum, vel minuendorum occasio unde petenda. Cap. IIII.

QVidquid tamen experientia sola, cognitum, perspectumq; est: Rōne auctum, & locupletatum, simulq; confirmatū esse, vel in ipsa medicamentorum quātitate, notissimum est. Postquàm enim maiores nostri longa obseruatione didicerūt, medicamēta certa quātitate purgare, vel aliquid aliud efficere, singulorum

lorum medicamentorum dosim tradiderũt, minimam maximamq; iudicantes: ut aliquid certi de ea studiosis esset, quod tutò sequerentur. Veluti cùm dixerũt Rhabarbari dosim esse à scrupulo uno ad unciã vnam, hoc præcepto docẽt, minorem quantitatem scrupulo uno inutilem, maiorẽ uerò uncia una periculosam. Relinquẽtes à scrupulo uno, ad unciam unam multas, & intermedias dosium differentias, quas sagax Medicus peruestigando, in ea inuenienda quantitate, quæ unicuique foret commoda, suũ opus haberet situm. Quo autem faciliùs id assequatur, eam ex peculiari ægris natura, uictu præcedente, Regionis, Tempestatis, Cęliq; statu, & ętatis, & sexus, & consuetudinis rõne, atque etiam ex humorum euacuãdorum natura, situq; quo cõgesti sunt, uel regione per quam educendi, Morbi deniq; & simptomatum proprietate, & uiribus utentis, & medicamentorum, esse colligendam docuerunt. Quorum obseruatio, quum in administratione medicamentorum purgãtium sit potissimùm necessaria, ob id horum exẽplo ad illa sigillatim excutienda, & explicanda commodè utemur. In quo primùm perspecta peculiari laborantis natura, quę minus, magisve purgationi obsequens erit, ostendet quàm validum remedium, quo gradu recessus, & quo pondere decerni debeat, vt conuenientem, atque moderatum purgationis modum præstet: ut si quis

ad

ad eā procliuior esse intelligatur, Drachma se-
mis tantum cathartici solicitetur. Si verò diffi-
cilior, vna vel duabus. Qua propter si in eum la-
borantē fortè Medicus incidat, cuius anteà na-
turam in purgatione exploratā non habuerit:
nil prius molietur, quàm ęgrum ipsum de se au-
dierit: aut ex eo pharmacopola, quo semper ille
vsus est, medicamenti dandi quantitatē naturæ
ipsius assuetam intellexerit. Quam posteà pru-
dens medicus augebit, vel minuet, habita rōne
corū, quę superius dicta sunt. Victus deinde rō
quod superuacaneorum in corpore cōgestorū,
multitudinem, qualitatem ve exprimat, spectan-
da est. Tenuiter, enim sobriè, & frugaliter victi-
tantibus, paucus inest humor, qui foras euacua-
ri debeat. Qui verò pleniore victu usi sunt, ma-
gna superuacuorū colluuiæ: at qui plenissimo
maxima eorundē ubertate scatere solent. Qua-
propter sobriis, aut inædia exhaustis corpori-
bus, exigua pharmaci quantitas decernēda: ma-
ior vero ijs qui solutiorem, & intemperatiorē
vitę rōnem sequuti sunt: vt medicamenti pro-
portio humoribus euacuādis accōmodetur. At
qui non exquisitis viuendi legibus se vnquam
addixerunt, nullūq; in ciborum usu delectum
adhibuerunt alia interdum, atque alia quātita-
te sunt purgandi. Si enim fructibus edulijsq;
acerbis, austeris, adstringentibus, crassis, sicciori-
bus, & fumo, vel sole siccatis, vel aquę pluuiæ

largiore

largiore potu, uel ex consuetudine se expleuerint, cum inde ventris partes adstrictiores, & humores densiores, vt ægrè demittantur, euadant largiore quantitate ad purgationem cócitanti sunt. Parciore verò qui eidem vitæ licentia in contrariorum alimentorum usu, scilicet humidiorum, aluũ soluentiũ, tenuium, acriũ, amarorum, aut quouis modo expultricem alui solicitantium nimiopere indulserunt. Iam verò Regionum status, cum Anni, Cœliq; constitutione eandem in medicamentorum quantitate conijcienda obseruationẽ habet. Quo fit, ut vno Theoremate dicamus, Regionum frigiditate, & Anni tempestate, Cęliq; statu gelido, siccove, remediis purgantis quantitatẽ auctiorem esse, debere semper ostendi: Contraria verò constitutione parciorem iudicari. Frigiditate enim, & siccitate purgationis uias densari, cogiq;, humores coarctari, & in alto delitescere, pigrèq; defluere. In humiditatibus autem, & calore corpora solui, laxariq;, humoresq; facile decurrere. Caloris enim vis meatus corporis patentiores expeditioresq; excludendis humoribus efficit, motumq; illorum & impetum accelerat, iuncta autem humiditas ad fluẽdum aptiores reddit: frigiditas cõtrà vias cõtrahit, & in angustum adducit, humores cõsopit, nec elabi sinit: quibus siccitas segnitiẽ, tarditatẽq; sine peruicaciam addit. Præter hæc tamẽ, ut iu-

ſtum purgantium remediorũ modum, in om-
nibus locis ſemper aſſequamur, medicorum il-
lic agentium in purgando modus obſeruatus,
qui ex preſcriptorum formulis in pharmaco-
peorum apothecis cognoſcetur non negligen-
dus eſt, vel ipſi medici interrogandi, quod mi-
hi olim in Hiſpania, faciendum contigit. Quæ
regio cùm ſicca ſit, & arida, incolarum corpora
purgationibus inobſequentiora maximè ple-
beiorum habet, Idq́ue potiſſimum in agro Per-
piniano, quo eadem medicamentorum purgã-
tium ratio, quæ apud Rutenſes obſeruatur.
Hoc igitur modo non ſolùm ex communi to-
tius regionis obſeruatione, incolarum peculia-
ris natura facilè nobis innoteſcit. Eadem quo-
que ratio ætatis eſt neceſſario habenda, in con-
ſtituenda remediorũ quantitate. Puerilis enim
cum ob corporis humiditatem, ſponte inter-
dum, vel occaſione leui alui fluere corripiatur,
& ob mollitiem vel Eupathiam ac laxitatem,
virium exolutione promptè concidat, validio-
ris medicamenti vim tolerare nõ poteſt. Qua-
propter illi atque etiam ſenili, cui maximè pri-
ma ætate aluus ſiccior fuerat, ſeneſcenti verò
mollior euaſit: vnde non minus quam puerilis
alui fluori obnoxia eſt, & ſimul ob virium quæ
huic ætati admodum familiaris eſt: lenis me-
dicamenti decernenda quantitas. Licet ſeni-
bus iis, quibus poſtremis annis ſiccior aluus eſ-

se cœpit, validior deberi videatur, qualẽ perfer re possunt, mediæ & inter pueritiã, senectutéq; interiectæ ætates: quæ quoniã robore viriũ, & cõstantia, atq; etiã corporis optima cõstitutione tenentur, & sæpè superfluorũ vbertate scatent, non tã facilè larga medicamẽti quãtitate exoluuntur, & falißcunt. Ad ætatis rationẽ Sexus obseruatio proximè accedit. Cũ enim mulierũ, sicut & puerorũ, corpus mollius, laxius, humidiusq; quã virorũ sit, modica pharmaci quãtitate facilius incitãtur quã viri. Quo fit vt Eunuchorũ conditio, in mulierũ ordine sit collocãda: vtpote qui virilẽ naturam deponẽtes, muliebrẽ cõditionẽ induerunt, humiditatisq; eadẽ affluentia qua illæ cõsortes fiant. Inter viros aũt quicunq; humidiore tẽperatura cõstituti sunt, Qualis Balborũ esse dicitur, ita facilè à medicamentis patiũtur, vt pauca copia illis sit satis. Vacuãdi præterea cõsuetudo hic ẽt locũ habet: cũ ea tandẽ vsu medicamẽta naturę reddat familiora. Quamobrẽ qui crebris purgationibus assueti sunt, vt cõmodè vacuẽtur, medicamento tum in genere, tum in quantitate, solito validiore egent. Tanta enim consuetudini vis inest, vt etiam quę perniciosam, totique corpori substantiam infensam habent, nutritioni non aliter quam alimenta, reddat accommoda. Ideo memoriæ proditum est puellam à conito omnino educatam fuisse.

Quæ enim longo tempore ſunt aſſueta etiamſi perniciosa, minus offenſionis inferre ſolēt. Humoris porro uacuandi ſpecies, atque præparatio non ſolum medicamenti quantitatem, ſed etiam genus plerunq; præſcribūt, & immutāt: adeo vt ſi pituitæ tēnuis educendæ, iuſta congruētq; quātitas ſit drachma vna Agarici, (modo non illa in remotiores partes effuſa ſit) viſcidæ, & craſſæ purgatio nō niſi drachma vna & ſemis, vel duabus, quibus ad humoris attenuationem, & medicamenti operationem accelerandam grana aliquot Zinziberis, aut Salis gemmæ, uel Caſtorei addita ſint, compleri poſſit: Ea ratione bilioſi humori, quā pituitæ, Melancholiæne facilior eſt, purgatio, quæ ob id leniore medicamenti quantitate perfici debet. Humoris enim aptitudo, atque etiā coctio, præparatione, per quam ad euacuationem fit apparatior de medicamenti quantitate demit. Cruditas verò in euacuādis auget, cum ob lentorē craſſitiemq; trahenti medicamento magis obſiſtat. In unoquoque autem medicamenti purgātis genere, qua quātitate etiā offerri debeat, uitioſi humoris ſitus oſtendet. Ex eo enim augendæ, vel minuendæ doſis occaſio frequenter emergit. Nam alia aliis corporis ſedibus expurgandis accommodatior eſt. Minor quippe è uētriculo, inteſtinis, primiſque venis euocat: maior verò è diſtantioribus, & magis diſſitis ſedibus.

dibus. Quapropter drachma vna Agarici, humorem è ventriculo, primaque corporis regione expeditè, at è capite, thorace, iuncturis, carne, corporisq; habitu, & singulis particulis tardius, vel nunquã eliceretur. Sic etiã qui vomitione deiiciendus est humor, minori id quantitate quàm per aluum, aut per vrinas est moliendum. Ostendit Asarum, cuius radicis, vel seminis scrupulus vnus ex aqua tepida potus, vomitionem concitat. Drachmæ vero duæ ventrem soluunt: tres autem tenuissimæ tritæ, vrinas: quatuor, menses & sudores euocant: sex denique sursum, & deorsum Ellebori modo purgant. Virium obseruatio quum sit omnium præcipua, de medicamẽtorum quantitate non minus necessariò, quàm superiora statuit. Robur enim virium, vt validius vacuationis præsidium perferre potest, sic mitius exhibendum suadet imbecillitas, facultatis postremò, quæ expulsionis muneri præest sensus, inter obseruationes habendus est. Is enim si hebes, aut consopitus sit, vt in Aploplexia, Caro, Letargo, aliisque huiusmodi veternosis affectibus, maxima validi etiam medicamenti quantitate vix potest excitari: Nec iis etiam, quibus, vt in phrenitide mens occupata est, & cum spiritu caloreq; excrementa sursum repsérunt. Postquam autem in ægro, & eius circunstantiis explicata cognitaq; sunt ea: ex quorum

obseruatione pharmaci quantitas, coniici decerniq; debet. Superest deinceps vt quid in vnaquaque medicamentorum specie, eorumq; viribus eadem obseruatio possit æstimemus: Minor enim validiori medicamẽto: Maior vero debiliori quantitas præscribi debet, virium autem medicamentorum tam simplicium quã compositorum æstimatio, non magis ex natura quæ sua cuique secundum suam speciem inest, propter quam hoc vel illud esse Scammonium vel Senna dicitur: quam ex loco in quo producta sunt, atque eorundem ætate facienda est. Eo nomine fit, vt omnibus quæ oriẽs proginit nescio quid efficaciæ plus inesse, quàm aliis quæ aliis in locis procreantur existimemus. Quod vero ob ætatem vires medicamentorum immutentur, ex eo consentaneum esse intelligitur, quod aliis vetustate vires accrescant: aliis vero exolutionem patiantur, vel prorsus iacturam. Id cassiæ exemplo perspicuum fit: hæc enim recens propter humiditatis quæ in ea est vbertatem sæpe purgationis excessum facit. Antiqua vero vt alendo corpori aptior est, sic alui subducendæ minus idonea. Sic Olea quædam vetustate acrimoniã, siccandiq; vim acquirunt: Emolliente vero facultate destituuntur. Eadem contra emolliendi facultas lacrimis recentibus inest at in vetustis cõcidit. Digerens vero emergit. Semina frigida maiora, & Amigdala, recen

tia

tia refrigerant,& humectāt: vetusta calefaciūt, & siccant. Castorei porro,& Thapsiæ,& Balsami vires post biennium hebetantur, aut penitus exoluuntur. Compositorum autem ratio, in componēdi modo simpliciumq; ex quibus componuntur iam explicata cōditione tota sita est, necnon ætate: Ex Theriaca enim, temporis diuturnitate incrassandi vis abigitur: Siccādi vero,& calefaciendi efficacias inualescit. Ergo vt vires medicamentorum præparatorum in officinis perspici possint, pharmacopolarū doctrina, & probitas, explorata esse debet. Solent enim alij melius, alij deterius præparare medicamenta: Alij alia medicamanti pręparatione, alij melioribus medicamentis vti. Ob id & medicamentorum compositiones, & simplicia quibus confectæ sunt, Medico diligenter animaduertenda sunt. Nam & in quibusdam cōpositionibus, vt catholico, & Sirupo rosato laxatiuo, Scammonij vel Diagridij aliquantulū addunt, vt aliorū simpliciū imbecillitatē, prauamq; cōpositionis præparationem tegant, & suis medicamentis fucum quēdam inducant.

In quibus medicamentis magis religiosè quantitas sit consideranda, & in quibus minus. Cap. V.

MEdicamenta omnia, quę nostrum corpus afficere posunt insigniter, postulant sui quātitatē religiosiùs exhiberi,

in aliis ea minus est consideranda. Cùm autem medicamenta omnia primò sese nobis offerãt, uel vt intrò sumenda, vel extrinsecus imponenda: ab iis quod minus offensionis impendeat, ideo quòd iam dictum est, citra ampliorem explicationem, hac in parte, satis esse poterit. Sed cum nullum sit internorum, in quo assumendo de vita agi non videatur, ea de causa, attentionis in his multò plus requiretur. Non tamen quòd internorum vna appellatio, vnicam quantitatem postulet, imò noua se se offert hic denuo facienda distinctio, vt quę ventrem effrenatè & immodicè deiiciendo purgandi modum excedunt, paucissima quantitate decernenda sunt, propterea quod vel nimia ventris exagitatione, vel torsionum molestarum afflictatione, vel immodica euacuatione, spiritus & vires exhauriunt: ob id eorum quantitas maior est pertimescenda. Quæ verò moderatius & lenius alium deducunt, seu constringendo, seu leniendo, siue trahendo id præstant, exactioris mensuræ legibus non subiiciuntur. Porrò cum in antidotis, & arteriacis, & colicis, cęterisq; confectionibus opiatis, magna Opij copia addita sit, cuius vis in recentibus euicta nõ est, minore ob id quantitate administrari debent: Licet vetustiorum maior copia, minus suspicienda sit. Antidota autem cum mediam naturam, inter nos & deleteriorum substantiam

habeant:

habeant: ab iis ideo plus periculi metusq; impendet. Quam ob causam, theriacam pueris dare, prudenter Galenus prohibuit. Quod si danda foret, certè à scrupulo semis, ad scrupulum vnum tantum esset pręscribenda. Eadem lege senes comprehenduntur, quibus ac in pueris vehementer suspiciendus, medicamentorũ ex Opio confectorum, maximeque recentium vsus: quo facilè calor innatus qui in iis paucus & debilis est, potest prorsus extingi & strãgulari. Quæcunque denique medicamenta quarto ordine calfaciunt, vel refrigerant, quod moderationis in agendo limites excedant, parce sobrieque sunt vsurpanda. Eadem quoque quantitatis parsimonia, in preciosis, & caris: est seruanda, & iis denique quę vel odoris vel saporis quadam insuauitate nobis ingrata sunt. Mitioribus autem remediis, & inualidis, & iis quibus cum corpore nostro substantiæ quædã familiaritas intercedit: atque stomacho iucundis, tanta non est quantitatis imponenda seueritas. Nos, ob eam causam, in hoc libro, rudi vt aiunt minerua, quantitatem simplicium, & cõpositorum medicamentorum docebimus; qualemq; inuicem ea quorum permixtio fieri debet habere proportionem oporteat ostendemus, pro remediorum formis, & scopis. Nam exquisitius doceri non fas est, ob corporum, & affectuum maximam differentiam.

Quando

Quando in medicamentis iusta proportione componendis ęqualitas miscendorum, vel inæqualitas seruari debeat. Cap. VI.

MEdicamenta, quę in vsum veniunt, raro sola, & per se vsurpantur: sed aliquibus permiscētur, vel vt conseruentur, vel vt commodius exhibeantur, vel quę periculosa sunt tutius administrentur, vel quę parum efficacia sunt, efficaciora fiant, vel quę ingrata sunt, magis grata reddantur linguę, palato, vētriculo, vel vt cōuenientius in certam quandā medicamenti formam aptentur. Sed quia aliquando quæ commiscentur similia sunt, & ex ęquo affectui causę, & Symptomati aduersantur, & pariter corpori, amica sunt & parti, & eorumque materia formę cuilibet inducendę idonea: tunc in eadem proportione, & mensura ęquali definiuntur: & econtra, si qua istarum conditionum desit, non ęquali mensura, vel pōdere permiscentur: illudque factum est in cōpositione Basiliconis, quæ ex Ceræ, Picis, Resinæ, adipis Tauri, vel eius loco Olei partibus æqualibus constituitur. Hæc simplicia, quia ex ęquo suppurationem promouent, ob id ęquali pōdere permixta fuerunt. Adde quòd hæc compositio nullā materiam desiderat vel ad cōseruationem, vel ad formam inducendā: sunt enim ex eorum numero quæ facilè nō putrescunt

trescunt

trescunt, quia pinguia, & viscosa sunt, & ipsa formam vnguenti liquata simul constituunt, addique solent vnguentis, vel emplastris ad inspissationem, & ad vnguenti, vel emplastri formam inducendam. Accidit autem interdũ medicamenta quædam, ob simplicium ex quibus componuntur parem in agendo efficaciã, ęqualem etiam illorum mensurã exposcere, at quoniam amaritudine, aliàve insuauitatis occasione, ori minus grata sunt: ad demulcendam saporis asperitatem tediũq́; , & ad medianti suauitatemq́, commendandam, vel mellis, vel sacchari, vel Sappæ, vel rei cuiuspiam suauioris permistione largiore condienda sunt, & si hæc nullo modo vel exiguè medicamenti effectum promoueant, Vt in Theriaca Diatessaron euidentissimè apparet, quæ recipit Gentianę, baccarum Lauri, Myrræ, Aristolochiæ rotundæ, singulorum vncias duas: Mellis verò libras duas. Sũt enim amara, & ingrata valde omnia, proinde ad dulcedinem his inducendam, mel in maiori quantitate est positum, tum etiã vt Opiatæ, vel Confectionis formam induceret dulcedinis gratiam, simulque opiatę formam inducendam largiore mellis copia conditam esse oportuit. At cùm illorum ex quibus compositio conflatur, vnum vel plura scopo vel affe ctui cęteris congruentiora sunt, tanto etiã hęc aliis pondere vel quantitate emicare debent: vt

ex Phi-

ex Philoni deſcriptione patet, in qua Opiũ, Caſtoreũ, & reliqua quæ ipſum perficiũt, quia diſſimilia ſunt, nec ex æquo conuenire poſſunt, nõ æquali quantitate recipiũtur. Piperis enim & Hyoſciami an. drachmæ viginti ponuntur: cùm Opij drachmę decẽ, Croci drachmę quinque, Spicæ, Pyrethri, Euphorbij an. drachma vna, addatur tantùm.

Quæ quantitate reliqua medicamenta in compoſitione ſuperare debeant. *Cap. VII.*

IGitur, cùm medicamentorum alia quantitate ſuperent, alia ſint inferiora in compoſitionibus, de illis primum agemus. Diceműſque id fieri, vel qua ratione formam dant, & vice materiæ ſunt toti medicamẽto, vel præter id etiam affectui, & præcipuè ad eum expellendum actioni, vel etiam tantum morbo, aut pręſenti morbi occaſioni potiſſimũ apta ſunt, vel eorum vis nulla, vel pauca eſt niſi ſub grandiori mole. Ergo hoc commune & vniuerſale præceptum erit in omnibus remediorum formis parandis, vt quæ materię naturam referũt, & formam medicamentis inducunt, vel ad cõſeruationem reliquorum adhibentur, quantitate reliqua, vel ſingula, vel omnia ſimul, ſuperent, vt Saccharum, & Mel in Sirupis, electuarijs, confectionibus: Oleum, & Cera in vnguen

tis,

tis, Lithargyrium verò, Pix, Reſina in emplaſtris, Aloè in pilulis. Præterea, ſi qua ſint à quibus, præterquam quòd materię vices gerunt, potiſſimum depēdeat operatio (quod ſtudiosè in multis compoſitionibus obſeruatum fuit) ea quantò pluribus de cauſis erunt conuenientiora, tantò maiori quantitate reliquis potiora erunt: Vt in compoſitione Hieræ picræ videre eſt: quæ recipit Azari, Cinamomi, Croci, Spicæ nardi, Maſticis, Xylobalſami, anna drachmas, ſex, Aloès drachmas centum Cæterùm ſi quod ſit, à quo tota agendi vis pendeat, & quo in ſcopum potiſſimùm collimemus: reliqua verò tantum vel ad inciſionem, vel ad tenuationem, vel ad deterſionem, vel corroborationem ventriculi poſita ſint, illud iure optimo primas, tunc temporis, etiam ratione quantitatis, obtinebit. Quod in præcedenti Hiræ picræ exēplo, videri potuit, ſi quis opus dandæ formę medicamento non ſpectet: quia à ſola Aloè tota purgandi vis penderet, ipſa copia longè reliqua ſuperauit. Idem contingit, eademque ratione, in Hiera Colocyntidos: reliquis enim medicamētis, quanta aptitudine, præſtantior, tantò pondere, iis eſt ſuperior Colocynthis. Recipiuntur.n hic Medullæ Colocynthidos mollis vnciæ ſedecim, Chamępyteos vncię ſex, florū Iunci odorati, vel Radicū, vel Cauliū vncię tres, Caſſię, Cinamomi, ſpi-

eæ Nardi, Mirrhæ anna vnciæ quatuor, Croci exagia ſeptem, Opopanacis vnciæ tres, Piperis lõgi, & nigri anna vnciç tres, Marrubij, Stecha dos anna. vnciæ ſeptem, Gẽtianç Agarici anna. vnciæ quinque, Sagapeni vncia vna, Mellis qđ ſufficit ad excipiendum, & dulcorandum. Talis deſcriptio reperitur apud Galenum Libro de paratu facilibus, in qua cõpoſitione, Colocyntidos vnciæ ſedecim recipiuntur, cùm aliorũ medicamentorum pondus maximum ſit tantũ vnciarum ſex. Quod ſi à pluribus medicamentis dependeat actio: ea pondus minus neceſſariorum ſuo vincere debent. Secundum hanc rationem Agaricus, Turbith, Colocynthis, Carthamus in remediis ad Pituitam purgandam ſuperant ea quæ alios humores purgare poſſunt: vt in Bilioſis Scammonium, & Rhabarbarum, in Melancholicis, Thymus, & Epithimus, & hoc ita ſimpliciter pronunciamus, quatenus ad vnum tantum humorem euacuandum medicamentum aliquod paratur, vel prçſcribitur: Nã ſi plures humores ſunt euacuãdi, animaduertere oportet qui illorum magis coctus ſit, aut qui ſit in Viis purgationis, etiam ſi coctus non ſit euacuationi: denique paratior, aut qui magis vrgeat: in eòque caſus nos maiorem copiam eius medicamenti quod talem humorem euacuat, non neglectis aliis humoribus minus vrgentibus, vel paratis minus ad excretionem, ponimus.

ponimus: Humores enim ſimul permixti non facilè ab vno medicamento trahuntur. Hoc in febribus compoſitis, & Spuriis conſueuimus facere: vt cum tertiana Spuria curanda eſt, Agarico, & Rhabarbaro vtimur, maiorem tamen Rhabarbari copiam, quàm Agarici, quia Bilis citius coquitur, & quia magis vrget ſua tenuitate, & caliditate, in prima euacuatione ponimus. In declinatione verò plus Agarici, quàm Rhabarbari. Rhabarbarum infuſum intelligo, cui maiorem quantitatem incidentium, & attenuantium vt Cinamomi, & Spicæ adiungimus in principio, propter obſtructiones, quę tunc maiores ſunt quàm in declinatione. In compoſitis verò febribus, & in quibus bilis peccat, ea magis euacuanda eſt, & primò. Pituita autem quia lenta, & viſcida tardius cõcoquitur, & proinde poſtremò euacuanda. Porro ſuperant reliqua medicamenta quantitate, quæ ſub magna mole vires habent imbecilliores, quales ſunt omnes ferè flores, & omnia medicamenta temperata: ſed hoc faciendum eſt, ſi forma medicamenti non prohibeat. Nam pilularum forma, ſub parua mole vires fortiores continere debet, ne moleſtum ſit ægrotanti pilulas, tã multas deuorare, Quare Flores, neque olia medicamenta imbecilliora poni debent in pilulis. quia ſi in magna quantitate ponantur, molem medicamenti augendo, vires eiuſdem

minuent

minuet: vnde dosim pilularum cogeremur augere, quod ęgrotantibus esset admodum molestum. Fructus idem faciunt in pilulis, proinde in eis nõ sunt ponendi: Id similiter de aliis formis remediorum, intelligendũ est. Verùm hæc hactenus de iis quę in medicamentis compositis primas tenere debent. Sed non est prętermittendum, reliquorùmne aliqua sint, in quibus ordo, post primum locum, etiam sit obseruandus, vt aliis secũdas, aliis tertias, & ita deinceps dare oporteat, ad qđ satis erit addidisse, vt si præter scopum purgandi prįcipuum, detergendum, & incidendum sit, maiorem tamen incisionem requirat affectio, incidentia tunc detergentia superent: contra autem fiat si magis detergendum sit: vt semper ad id quod magis vrget, scopum nostrum dirigamus non neglecto tamẽ eo quod minus vrget, vel sine quo aliud fieri non potest, vel minus benè fit.

De his quæ minori quantitate sumenda sunt. Cap. VIII.

MInori autem quantitate sumuntur omnia medicamenta, quę vel ingrata, vel nimium Cara, ob raritatẽ, vel nimiũ, efficacia sũt, vel quibus veneni pernicies inest, vel tantùm præcipuorum medicamentorum actionem, aut castigant nimiam, aut ope egentem

tem

tem iuuant. Ingrata autem eſse poſsunt, vel ob odorem, vel ob ſaporem, vel ob conſiſtentiam. In internis itaque remediis, hęc quidem eſsent fugienda: ſed ſi, ob eorum vſum neceſsarium, quandoque ſint vſurpanda pauca, eademq; caſtigata in compoſitionem debent iniici. Talia autem ſunt, ratione odoris, quæ fętidum ſpirãt vt Aſsa fętida, Caſtoreum, Galbanum, Opopanax, Euphorbium, Sagapenum, & aliæ lachrimæ acres. Ex herbis, Sabina, Ruta domeſtica, & agreſtis, Pulegium, Mentaſtrum, Anagyris. Sapore autem ingrata ſunt, quæ acria, amara, nitroſa, vel acida exiſtunt. Arcia, vt Euphorbiũ, Thapſia, Pirethrũ, Sinapi. Amara, vt Colocynthis, ſuccus Abſinthij. Nitroſa, vt Nitrum. Acida, vt ſuccus Limonum, Omphaciũ, Acetum. A Conſiſtentia ingrata ſunt viſcus & viſcoſa omnia, item pinguia, quòd ventriculum ſubuertant. Rara, & quę magno pretio venduntur, vt Moſcus, Ambra, Ciueta, Balſamum. Hęc omnia in quantitate exigua poni debent, cum ob raritatẽ, & pretii magnitudinem, tum ob odorem inſignem, qui & affectibus, & naturis quibuſdam moleſtus, noxiuſque eſt: Quod caput tentet, & mulieribus afferat vteri præcipitationem. Nimium efficacia, quòd immoderatè corpus noſtrum immutent, vel alio modo afficiant, qualia ſunt ea quæ quarto ordine vel calefaciunt, vel refrigerant, aut prorſus vitanda,

aut parciùs assumenda. Idem venit faciendum in iis, quæ tota substantia corpori nostro aduersantur, vt venenosa qualis est caro Viperarum, Scorpionum, Cantharidum, & pleraque alia. Mineralium quidem aliqua sunt, quæ, & tota substantia, & agendi vi immoderata periculũ creant. Eiusmodi est Lapis Cyaneus, qui ventrẽ supra modum deiicit, & crustas excitat, Vitreolum sua vehementi acrimonia erodit, Alumen immodicè adstringit, Sulphur verò nimiũ exsiccat, itaque præcedentium normam subibũt. Quæ porrò ad coercendam malignorum medicamentorum prauitatem adhibentur, paucã tantum sui copiam permittunt, vt si Castoreũ Opio sit adiungendum maleficij illius coercẽdi caussa, id impari proportione fieri debet. Si tamen vtriusque mutua opera, affectui ex æquo congruat, vt cum materia attenuationem, dolor mitigationem postulat, nec partis affectæ conditio reclamat, æquali mensura, sed ea modica, quam actionis illorum vehemẽtia suadet, commisceri possunt. Quod quidem in coli cruciatu, & aurium acerbissimo dolore, locum sæpe habet, cùm materiæ frigiditas, & flatus in illo debellandi sunt: Sẽsus verò qui doloris acerbitatem percipit obtundendus. Huic autem quod præter superiorum rationem, Castoreũ peculiari quadam facultate qua vitiis auditus conferre dicitur accõmodatissimum remediũ

sit.

ſit. Idem de Croco, & Mirrha ſentiendum eſt, quando ad infringendam Opij malignitatem aſciſcuntur. Crocus in iis affectibus, in quibus & concoquere, & ſomnum conciliare oportet: Mirrha vero vbi detergere, vt in vlceribus Renum, & Veſicæ. Aperientium autem, & deducentium minor quantitas & copia eſſe debet, quàm illorum quæ deducuntur, niſi ſimul parem cum reliquis, in affectum, corpuſq;, operã conferant. Sunt vero deducentia medicamenta, quæ vim medicamenti purgantis, ſua partium tenuitate, ad renes, vel veſicam, vel iuncturas deducunt: Ad iuncturas quidam vt Hermodactili, ſemen rutę, radix Penthaphyli. Cientia vrinas etiam commodiſſimè interdum medicamentis aluum ſubducentibus admiſcentur: ſed non pari menſura, atque ſi ad proprium opus, hoc eſt ad mouendas vrinas deſtinarentur. verendum enim eſſet ne purgationis opus ab iis potius interrumperetur, humoris impetu in renes conuerſo, Quod ſi deducentium aliqua ſint, quæ vim aliquam purgandi, præter quam deducendi, habeant, ea largiori quantitate, ſi imbecillius euacuãtibus miſceantur, quã quæ ſimplicem deducendi vim obtinent vſurpabuntur. Id in Hermodactilis videre eſt, qui creduntur deducere vim medicamenti ad iuncturas, ſimul & ab iis educendi humores vim habere: quod tamen nõ facit ſemen Rutæ agre-

ſtis, aut domeſticę, aut radix Penthaphyli. Eandem legem ſubeunt, ea quæ aliorum operationem accelerant & adiuuant, vt Zingiber, & Sal Gemmæ, Agarici, & Turbit actionem expedire dicuntur, quod pituitam craſſam purgationis obſequentiorem efficiant, faciunt enim vt Pituita craſſa celerius faciliuſque trahatur, & purgetur. Zingiber quidem attenuando, & incidendo citra deſiccationem magnam, Sal autem Gemmæ attenuando, incidendo, & facultatem expultricem irritando, phlegmagogi medicamenti impetum ſegniùs progredientem incitant, & expediunt. Maior tamen Salis Gemmæ, quàm Zingiberis, quantitas exigitur in pleniore procuranda purgatione: Sic vt Zingiberis iuſta quantitas phlegmagogis medicamentis addenda, à tribus granis ad ſex tantùm præfiniatur. Cùm Salis Gemmæ non minùs quàm grana ſex vſque ad ſcrupulum vnum, cum Agarici drachma vna collocari poſſint. Cum Turbith verò ſcrupulus ſemis vtriuſque: Cum Colocyntidæ verò grana tria, tantùm iſta enim duo ſua nimia acrimonia Dyſenteriam excitare ſolent, quòd idem facit Sal Gemmæ: proinde potius in lacte infunduntur, vel Muccilagini Gummi Tragacanthi, vel Muccilagini Pſillij, vt eorum tenuitas craſſitie Muccaginis caſtigetur. Caſtoreum etiam ſupradictis pituitoſis additur eadē proportione. Rhabarbarum
iuuatur,

iuuatur, aut potiùs castigatur, cùm de obstru-ctione metus est. Spica Nardi, Cinamomo, Schœnantho, Spica Celtica, aliisque aperientibus, attenuantibus, & odoratis additis. Quibus omnibus non est vnus eiusdem mensuræ limes constituendus. Cinamomum enim cũ saporis & odoris gratia, reliqua præcellat, paulo largiore quantitate cum Rhabarbaro tutò cõscribi potest: scilicet à granis tribus ad scrupulum semis, cum Drachma vna Rhabarbari. Cassia siue Cinamomum crassum minùs laudatur in castigando Rhabarbaro: adstrictionis enim cuiusdam est particeps & paucam in attenuando vim habet. Spicæ quæ odoris tædio tantopere grauis molestaque est, vt nauseam & vomitum prouocet, vsus omnino negligendus esse videtur: Quod si quando illa vtendum sit, non plus eius quàm grana sex, drachmæ vni Rhabarbari ascribere licebit. Spica porrò Celtica, & Schœnantum cum maiore partium tenuitate præstent, tanto minore portione debent ad Rhabarbari castigationem adhiberi. Quo fit vt à granis tribus ad grana quatuor tantùm, pro Drachma Rhabarbari recipiantur. Maior enim quantitas in tanta tenuitate partium (vt iam dictum est) quæ vrinas potenter educit, & humoris motũ in renes cõuertit, purgationis opus magis cohiberet quã incitaret. Augẽda est igitur horũ quantitas, vel mi-

nuenda, pro tempore morbi quo dãtur, & pro natura ægrotantium, & morborum conditione. Si enim Rhabarbarum in febrium intermittentium initio propinare necessitas impellit, quam medicorum quorundam peruersa cõsuetudo, ob falsam, inanemque persuasionẽ introducta, inducit: vel quod illi assueuerit æger, vt id minori sit incommodo maior Cinamomi quantitas tũc quam in declinatione, in qua iam obstructiones expeditæ sunt, & humor attenuatus illi in infusione adiungetur qualem etiam exposcit cũ ante Siruporum obstructiones reserãtium vsum exhibetur. At cum laborantis constitutio venarum angustia premitur, vel morbus cum obstructione est, aut Sirrcho, vel tumore frigido: aut bilis denique crassa pituitę permixta prolicienda. Si vero morbus cũ defluxione sit, vel cũ sanguinis reiectione, aut Cinamomo prorsus abstinere, aut exiguã eius portionem imponere satius erit? propterea qđ Cinamomũ & Fluxiones & sanguinis profusionẽ pruritat magis, quas cũ Spica nardi compescat, reprimatq;, magis in illa caussa ꝓbãda est.

Quibus mensuris, mensurarumq; notis hodie passim medicamenta præscribantur. Cap. IX.

ANtequam ad singulorum medicamentorum secundum genera doses veniamus, operę pretiũ mihi facturus videor, si prius

ſi prius menſuras, menſurarumque notas, quibus paſſim vtimur in preſcribendis medicamẽtis, in tyronum gratiam, breuiter perſtrinxero. Sciendum igitur eſt ſimplicium, & compoſitorum medicamentorum quãtitatem circum ſcribi vel pondere, vel numero, vel menſura. Pondere vt Libra, Quartario, Vncia, Drachma, Scrupulo, Grano. Quæ tali ſeſe habent adinuicem ratione, vt libra, quatuor quartaria contineat, Quartarium tres vncias: Vncia octo Drachmas, Drachma tres Scrupulos, Scrupulus grana viginti quatuor apud omnes antiquos, & probatos Authores: hodie tamen inualuit apud Pharmacopeos pertinacia, quàm à ſuo Nicolao contraxerunt, vt in viginti grana tantùm diuidant ſcrupulũ. Sed de his exactiùs hoc loco dicere non eſt animo: cum hic ſcopus ſit tãtum docere iuuenem medicum, ita ſuas preſcriptiones facere, vt aptè, & commodè à Pharmacopæis intelligi poſſint, & confici. Characteres communes, quibus paſſim iſta pondera breuitatis gratia, notantur, tales ſunt.

Libra	℔	Drachma	ʒ
Quartarium	4.	Srupulus	℈
Vncia	℥	Granum	G̈

Ergo ſi vnum tantum iſtorum ponderum velimus, ponimus ſi dimidiam partem tantùm, Primùm notam ponendo eius quod volumus, ſemis deinde, quod hac

nota ß.significabimus, subiungendo, exprimemus, vt ℔.ß.Idque in omnibus erit facere, prę-terquam grano, quod omnium sit minimum, suique diuisionem non patiatur. Si quis plura velit, notam ponendo eius pōderis, cuius opus habet subiungit j.ß. vel ij. vel iij. vel iiij. vel v, vel vj. & ita deinceps. Satiusque existimo, his priscorum Latinorum numeris vti, quàm ea quam Ciphram vulgo appellamus, quæ ab Arabibus creditur cum huiuscemodi Characteribus ad nos peruenisse. Ratio autem hæc ad id me mouet: quòd duo sint characteres ponderum, qui figura cum duobus illorum conueniant, Quartarij videlicet, & Drachmæ, Vnde error creari posset: vt si quis scribere vellet Quartaria tria in hunc modum 4· 3. vel Drachmas duas, in hunc 3. 2. quadraginta tria, & triginta duo alter scripta existimare posset, si distinctio in medio prætermitteretur, quod inter scribendum nimium frequenter accideret. Præterea est notandum, esse obseruatu dignum, vt commodissimè omnia scribantur, vt si 4· ij. velimus, potius per lib.ß. exprimamus, si drachm. iiij. potiùs per ℥.ß. si ℈.j.ß. potiùs per drachm.ß. quantum fieri poterit, maiorum ponderum notis pro denominatore vtentes, tantòque numeratorem minuē-tes, quanto denominator erit factus superior. Quòd si sese offerret aliquando necessitas, lib.j.

sumere

ſumere & drac. iiij mallē ad vnum denominatorem reducere, diuidendo maiorem per numerum rationis quam ipſum habet ad minorem, id quod ſupereſt addendo, vt libra Drachmas 96. valet, præterea quatuor erant, quæ additæ drach. C. perficiunt. Quod Galenus fecit in cōpoſitione hierę pigrę, in qua ponit Aloè ℥. C. Certū eſt tñ, aliquando, apud antiquos legi, vt apud Paulū, Doſim alicuius medicamenti cum duplici denominatore: & recentiorū, apud Nicolaū frequentiſſimè. Sed ſcito, id factū eſſe, dū ob nimiā molē medicamentū aliquod ſecandū haberent, tunc.n. ſe aliquando offerebat facienda, Doſis alicuius, talis diuiſio, quam deinde ad vnā denominationē non reduxerunt, vel negligentia, vel ꝙ ob paruitatē minoris denominatoris, eſſet futuris immēſus numerator magni denominatoris, ſi is diuideretur. Melius aūt fecerunt illi antiquorū, qui non iſtis notis, ſed ipſis nominibus ſunt vſi. Quos ſi imitaremur, forſan melius, & tutius cum ægris ageretur. Sed ne nimium ſuperſtitioſi videamur, cōmunem morem ſequemur, diligenter animaduertentes, ne quid incommodi per incuriam detur. Numero item metimur ab vnitate ad mille vſq;, vel vltra progrediētes, ſcribendo Nu. j. vel ij. vel iij. vel Paria ſic notātes j. ij. vel iij. vel iiij. & ſic vtrobiq; deinceps. Mēſurā verò (quanquā cōmune nomen ſit omnibus menſuris, pōderibus,

deribus, numeris, & liquidorum, & solidorum) pro vna tamen tantùm forma metiendi, quæ deinde, pro ratione instrumenti quo metimur, sui diuisionẽ patitur, dum vel plicato Brachio, vel plena manu, vel in digitos acuminata sumitur, separatim vsurpamus. Maximam mensurã fasciculum appellamus, quam Brachio altero complicato metimur. Secundam quantitatem, quæ sit quantum manus capere potest, manipulum vocamus, quam hac nota M. exprimimus. Minorem Pugillum nominamus, quæ sit digitis simul in extremitate compressis, nota eius est P. Quę antè dicta sunt de numeratoribus in ponderibus, huc reuocentur, vt si his dimidiatis vti velimus, vel multiplicatis, commodè, & scienter id facere possimus. M. enim j. vel j.ß. vel ij. scribimus. De fasciculo, & Pugillo idem intellige. Non mihi videtur, in numero mensurarum prætermittenda Mica, quo genere mẽsuræ vsus est Galenus lib. de Antidotis, cùm in antidoto Prophylactico, Appollonij Ficubus, Nucibus, & Folijs Rutę ἁλὸς χονδρον, hoc est Micam Salis adhibendã dicit. legitur & λιβάνου χόνδρος hoc est Thuris Mica, apud Dioscoridẽ & Galenum. Ita vt inde pateat, hanc mensuram vsurpatam in rebus quę solent facilè in particulas ęquales Grano Friari: vnde etiã Vulgus per Granum exprimere solet, dicendo Granum Salis, vel Thuris, & re vera respondent melius significationi

gnificationi χόνδρος, quod Granum ſignificat: Sed ne confuſio ſequeretur cum ea menſura, quæ pondere penditur, & Granum appellatur, Mică verterunt Latini, quæ propriè ψιχὰ Grę-cis dicitur. ſed ferè vſurpant in plurali, cũ medicamenta prę́ſcribunt, vt ad reliqua recipienda, dicent μετὰ ψιχῶν cum Micis panis, hoc eſt multa Mica friata, à minutatim enim frangendo, quod eſt Grę́cis ψάνψιχά, & ψίχιον dicitur verum apud Latinos, etiam in ſingulari numero, vel Mica vna, vel id quod præter Cruſtam eſt, quod minutatim frãgi poſſit, ſignificari poteſt. Sed facilè eſt videre, vbi hoc, vel illo modo vſurpetur. Prętereà licet olim liquida propriũ metiendi modum haberent, libram quam mẽ-ſuralem appellamus, quæ ſecundum tres dimẽ-ſiones metitur, quæ in ſuas partes etiam, Sextaria videlicet, Cyathos, Cochlearia diuiditur, certo etiam numero ab aliis continetur: tamen quia fuit ſemper multa varietas, & hodie eſt in eo Libræ genere, põderalem libram malumus vſurpare ad maiorem certitudinem. Liquida ergo menſurabũtur libris ponderalibus, & vnciis, rarò Drachmis, niſi medicamenta ſint nobiliſſima, vt balſami ſuccus, Aqua angelorum vulgo dicta, & Fella in collyriis: & aliis formis in quibus talia vix ʒ. ß. excedunt. Interdum ẽt minimam illam quantitatem guttis exprimimus vna, vel duabus, aut tribus: aut communi-

ter hac formula loquẽdi vtimur aceti, vel Olei, vel Vini parum Libris, vel. Libræ partibus mẽsurantur Herbæ, & radices ſiccæ, Flores, Semina, Succi, Lachrymæ, Cortices, Metallica, & alia quæcunque ſupradictorum, aliis etiam menſuris poſſunt menſurari. Numero verò fructus, & potiſſimum Legumina maiora, vt Fabas, Cicera etiam aliquando, metiri poſſumus. Faſciculis Herbas recẽtes damus, vt in Balneis. Manipuli etiam Herbarum, & Radicum recentium: Pugilli verò Florum, Cerealium, & Leguminum præſcribuntur. Igitur medicamentorum potiſſimum internorum, non ſolum nomen, ſed & certã quãtitatem deſignamus ęgro exhibendã: niſi tantũ alicui cõpoſitioni forma danda fuerit. Tũc.n. plerunque, quia res ſub viſum cadit, iudicio Pharmacopolę pmittimus quantitatem medicamentis, quod formæ dandæ deſtinamus, vt Sacchari, vel Olei, vel Ceræ, ſcribendo Sacchari quantum ſufficit, vel olei, alius cuiuſpiam cuius opus fuerit.

Qua quantitate Radices in quibuslibet remediorum formis præſcribantur. Cap. X.

VNiuſcuiuſque remedij peculiaris quantitas, qua ipſum emetiri par eſt, iam nobis eſt explicanda: in qua ſanè magna diſcriminum varietas neceſſariò reperitur: pro-

pter formarum in quas remedia aptari conducit dissimilitudines; atque etiam pro temporis, scopi, vel quantitatis totius compositionis ratione. A Radicibus autem ordiemur quę in Balneis Libris, vel Manipulis multis mensurantur. Ex quibus si vna tantum radix decoctioni quæ pro balneo instituitur, infundatur, maxima illa quantitas quæ in eum finem eligi solet, exigitur; si duæ eiusdem facultatis, dimidiam partem supradictæ quantitatis miscemus: vt duæ simul iunctæ æquipolleant quantitati vnius. Quod in omnibus medicamentis facultate similibus, & ex æquo conuenientibus affectui, obseruandum, antea diximus. Quando in Clisteribus vsurpantur Radices, si in vnum clisterem comparetur Decoctio, 4. j. Radicum Liliorum, Alteæ, vel emollientium aliarum, ℥. ij. autem detergentium, vel aperientium satis erunt, quum morbus talium medicamentorum opem exposcit. Quod si ad plures clisteres eadem sit instituenda, vel cum clistere fotus, irrigationis, encatismatis, & balnei materia instruenda dosis augenda erit, pro ratione multitudinis, & quantitatis remediorum quę vnà necessaria sunt, & præscribuntur. Hoc vsu uenit in colico cruciatu curando, & nephritico leniẽdo, & calculo deturbando, in q̃bus ex eadẽ decoctione & fotus, & clisteres, cataplasmata

parantur,

parātur. Vt in dolore lateris, eadēdecoctio clysteris in vase æneo, vel vesica lateri apponitur. Materiam autem clysterum augemus, quando ex decoctionis residentia cataplasmata parare volumus. Sed cùm tales decoctiones decernuntur ad multos vsus, curandum est, vt ea adiiciātur, quæ dum vni scopo, & formæ remedii cōueniunt, alteri non aduersentur. Si enim latere dolenti decernatur clyster, is parabitur ex relaxantibus Herbis, & Malacticis, & discutientibus flatus nulla admixtione violarum, vel seminum frigidorum maiorum, aut eorum quæ nimium acria sunt, vt mercurialis: ne hæc fortè vehementiùs trahēdo fluxionem in ęgram partem geminent: Illa verò repellendo, cordi, & pulmonibus periculum suffocationis creent. Igitur talia non iniiciuntur, licet alioqui alui subductioni, febris depulsioni multum conducant, & renibus afflictis subsidio sint. Sed quæ emolliunt vt Malua, Bismalua, vel semina quæ flatus discutiunt, vt semen Anisi, Fœniculi, & quę dolorem soluunt discutiendo, & digerendo, vt semen Lini, Fœnugręci, semē Maluæ, Bismaluę, flores Chamomeli, Meliloti. Huius autem clisteris pręparandi ratio qualis sit, in libro de formis remediorum internorum explicabitur. Sequuntur radices quæ siruporum & Apozematum compositionem ingrediuntur, quarū quantitas existit ab ℥.j. ad ℥.ij. vel ℥.iij.

si in

ſi in multas doſes inſtituatur remedium : At ſi in vnã à ʒ. iij. ad ℥. ß. vel ℥. j. magis vel minus pro radicum natura, & viribus. Sũt enim quędam purgantes, alię detergentes, vel aperientes vel adſtringentes, vel rarefacientes, vel refrigerantes, vel aliud aliquid efficientes: quæ omnes varia quantitate præfiniuntur, pro diuerſitate virium ſcopi, & forma remediorum, vt Radices Apij, Petroſelini, Graminis, Aſparagi, & alię aperientes obſtructiones. Si ex his Sirupi parentur ad patefaciendas & reſerandas obſtructiones, cum vna tantũ vſurpabitur, & pro multis doſibus ad ℥. ij. apponetur, ſi pro vna doſi ſufficiet ℥. ß. Si duæ vel plures vſurpentur, fiat idem quod dictum eſt in principio capitis, cũ de Radicibus ad Balnea fieret mentio. Quod ſi in Sirupo purgante, ad faciliorem eductionẽ craſſorum humorum, eędem ponantur ℥. ß. ad ſummum vnius, vel duarũ radicum ſimul ſufficiet. Harum enim vt reliquorum attenuantiũ largior vſus cum humores tenues, & aquoſas à ventre ad renes deducat, & deriuet, alui ſubductionem minuit. Haud ſecus ac mictio noctu plurima facta deiectionem minorem per aluũ facit: ſic deducentia vrinas fluxus ventris deriuant, & medicamentorum actiones eludunt. Quare grauiter peccant qui in maiori quantitate vel maceratas in vino albo, vel aceto Sirupis purgantibus admiſcent. In Thoracis affecti

bus Vncia vna sufficit. In obstructionibus renum, vel vesicæ, & in remediis prouocantibus Sudores, ℥. ij. vel ℥. iij. apponere possumus. Detergentes verò Radices sirupis Pectoralibus, & in medicamentis renũ, & vesicæ affectibus destinatis, qui sine vlcere, vel inflammatione sunt ad ℥. ij. vel iij. infundi possunt: licet paucior quantitas, qualis est ℥. ß. in vlcere vel inflammatione sanguinisve grumo, renes vel vesicam intercipiente minimè sit respuenda: propterea quod necesse est humores crassos vrinę exitum intercludentes, vel sanguinẽ concretum, vel pus, medicamentis mediocriter detergentibus excludere, & vrinæ viam patefacere. Detergentes etiam radices medicamentis vrinas exigentibus, & aluum purgantibus, mediocri quantitate iungi possunt, quia vtranque operationem adiuuant. Quę autem purgandi facultate eaque mediocri valent in magnis cõpositionibus ab ℥. j. ad lib. ß. in minoribus autem ab ℥. ß. ad ℥. j. locum subeunt, nec minus quam ℥. ß. ne non solùm inutiles sint: sed etiã plus incommodi stomacho, quàm ex purgatione vtilitatis afferant. Tale est Polipodium quercinum quod purgat, & adstringit: quare moderatè decoquendum: ne vis eius purgandi in aerea substantia delitescens, nimia coctione exoluatur, & euanescat: adstringens verò tantùm supersit, & ponendum in sufficienti quantitatę.

Quæ

Quæ verò fortiſſimè purgant, vt Turbit, Bryonia, ſi ſola, hoc eſt abſq; alterius medicamenti purgantis admixtione, & in paruis cõpoſitionibus, vt in Decoctionibus purgantibus, & Sirupis, quę ad vnã doſim præſcribũtur, à drach. j. ad ℥. ij. in magnis, multarumq́; doſium, à ʒ. iij. à ℥. ß. aut. ℥. j. Quod ſi hęc. vel alia purgantia qualiacumquę ſint, in ſubſtantia dentur, quia ipſa magis corpus offendit, quã infuſum vel decoctum: ea ratione, tunc minori quantitate aſsumi debent. Turbit igitur, ſi exhibetur in ſubſtantia, ſufficit drach. ß. in infuſione autẽ quæ quantitatis ergo, media eſt inter decoctionem, & adminiſtrationem eam quæ fit in ſubſtantia, drach. j. idque in paruis compoſitionibus, in magnis ἀνάλογον Cum Rhabarbarum duplici ſubſtantia conſtet, Terrea videlicet, & Aerea: in hac autem purgandi vim ſitam habeas, in illa reſtringendi, rectè fecerunt veteres, qui arte eas conati ſunt ſeparare: vt eam plurimam haberent, cuius egerent ope, eam autem quę eſset futura incommoda, ſi non tollerent prorſus, ſaltem minorem multò facerent. Quidam tamen Medicus noſtræ ætatis, alioqui certè doctus, & de literis benè meritus, Paralogiſmo conatus eſt oſtendere, Rhabarbarũ in ſubſtãtia, vt vulgò dicitur, hoc eſt nulla ipſius parte diminuta, Aerea videlicet, aut Terrea, multò efficacius fore ad purgãdum, quàm ſi infuſum

exhiberetur, agens ex hypothesi, quam à Galeno mutuatur ex Libro de Theriaca ad Pisoné, medicamenta purgantia, à tota substantia purgant: constat Rhabarbarum purgare: à tota igitur sui substantia soluit. Sed quæ à tota substātia operantur, maius opus efficiũt, vbi plus substantiæ, quàm vbi minus. Atqui in toto Rhabarbaro, lōgè plus substantiæ, quàm in eius diluto inest, cùm in hoc solum pars tenuis, & Aerea, in illo præter hanc, & Terrea quoque insit, erit itaque & plus virium in soluēdo, plus itaque Rhabarbarum tota sua substantia exhibitũ quam eius dilutum mouebit, quod erat probādum. Probandum equidem certè fuerat: sed vide quàm parum probarit, & in hac ratiocinatione sibi imposuerit, ex eo quod Rhabarbarũ purget à tota substantia, quod apud Galenum est determinatum sibi humorem cum delectu à proprietate occulta, vel à similitudine substātiæ purgare, vel vt Mesues locutus est à Cœlesti quadam facultate, Concludens, si omnes ipsius partes seruentur, quas simul iũctas (vt iam dixi) vulgò appellat totam substantiam ipsum ad actionem illam, quæ ab occulta vi dependet, fore robustius, & commodius. Sed non vidit illę diuersitatem significationis, & quomodo talis vis non sit sita in omnibus simul partibus. Hoc enim si esset, vt ad vnam talem actionem vna conspirarent, aliam actionem diuersam nō

produce-

producerent primò & per ſe. Actiones enim diuerſæ, quæ primò & per ſe fiunt ab vno medicamento, à diuerſitate partium oriũtur. Sed ſita eſt talis vis, n ea parte, quæ & ratione, & experientia ad talem actionem cernitur meliùs nata. Rhabarbaro tribuitur facultas purgandi, & abſtringendi: adſtrictio nonne debetur terreę portioni, purgatio magis violentæ, hoc eſt ſucculenteæ, & Aereę, cum in hac plus ſit caloris, qui occultam delectus facultatem iuuat, & efficaciorem facit: contra terrea ſegniorem, & inertiorem. Et certè me iſta tacente experientia hactenus eſt ſatis comprobatum. Non quòd dicam expreſſo ſucco adſtrictionem deperdi prorſus, & reſidentiæ expreſſionis purgandi vim; ſed eas admodum paucas retineri, idque tã tum, quia quæ ſimul primæ conformationis, & incrementi communis vinculo iuncta ſunt, nũquam ita exactè ſui ſeparationẽ patiuntur, quin vnum perpetuò retineat aliquid de ingenio, & indole alterius. Vnde mihi videtur eum veriſimilius potuiſſe argumentari, ſi dixiſſet in ſuſtantia magis purgare, quia nũquam ita poteſt exprimi ſuccus, quin perpetuò aliquid remaneat in reſidentia, cuius abſentia vim laxandi minuit. Sed neque hoc ſatis fuiſſet firmũ, quandoquidem eius præſentia, non tantam vtilitatẽ præſtare poſſet, qæantum impedimentum ſegnities, & obſtructio difficutlasque penetrãdi,

quæ à terrea portione adueheretur, præterquā quòd multa fieret adstrictio, qua non est opus in omnibus morbis, imo plerumque valde noxia est. Rhabarbari igitur doses, pro diuersitate modi exhibendi, cuius indicatio sumetur à cōmoditate præsenti tales cōstituemus. Primùm si opus sit leuiter purgare, simul & constringere, in substantia dabitur à ℈.j. ad ʒ.ij. Quidam voluerunt à ʒ. ij. ad ʒ. iiij. sed talem quantitatem non probo, ob molestiam saporis & odoris, & periculum. Nam si vsquam in substantia exhibendum sit, hoc est faciendum in morbis, qui sunt cum fluxu ventris Discenterico, vel Diarrhæa, in talibus tamen tanta quantitas periculi non expers est: tum propter purgandi facultatem, qua non minus quàm adstrictione valet, & substantiæ dissidium quòd medicamentis purgantibus cùm corpore nostro intercedit, tum denique propter malitiam quę maior est, & pertinacior in portione terrea. Et si quis benè consultum velit ægro, satiùs ducet Rhabarbarū diu infusum, & valde expressum exhibere: sic enim longa infusione diminuetur purgandi vis, & expressione forti terrei plus assumetur ad cōstringendū, sed mitioris & minus molesti, & malitiosi: satisque erit dare à drac. ß. ad drach. j. Si quàmplurimùm adstringendū sit, & nihil, vel parū euacuandū, Vstulatū dabitur à. ℈. j. ad ℈. iiij. quod tamen propter Empi-
rema.

rema, mihi minus arridet, mallemque reiecta priori decoctione, denuo & diu coquere, & tale exhibere. Longa.n.coctione deperit euacuãdi vis, præterquam q͏̃ id, quod est magis tenue, & purgans, priori decoctione extractũ abiicitur. Siquis ad Bilis purgationem, in febribus det, quia hic est fugienda adstrictio, minùs infusum, & leuiter expressum dabit à drach. ß. ad drach. ij. vel drach. iij. nec sine ratione hic tãta exhibetur quantitas, quia parum succi ob leuẽ expressionem trahitur, ne forsan quicquid est trahendo, vna terrei aliquid, & adstringẽtis sequatur. Verum si per tempus non liceat infundere, leui decoctione, perficietur id, quod longa infusione opus haberet. Si quis Rhabarbarum Sirupo, vel alij decoctioni purgandi caussa addendum putet, ipsum in puluerem resolutum in decoctionem feruẽtem iniiciet, aut linteo inuolutum in clarificationem demittet, & inde frequenti expressione extractum dabit. Aut si malit sirupo iam confecto ligatum, suspensumque infundet, vt cum vsus postulabit, exprimatur. Quod sine illius coctione fieri debet per quam substantia illa purgans quæ illi inest ob tenuitatẽ facilè dissiparetur. Hanc aũt tenuitatẽ testatur odor quo maximè flagrat. verũ si illo vti ad cõstringendũ oportet, poterit vnà cum sirupo decoqui, idque à drach. ß. ad drach. ij. vel plures pro ratione dosium, ad quas

instruitur compositio. Radices amaræ recentes vt Helenium à drach.j.ad ℥.j.accipiuntur: siccæ verò à drach. sem. ad ℥.ß. Iridis radix si recēs, & ad purgationem ponatur, à drach.ij. ad ℥.j.si sicca ad expectorationem, vel alias affectiones à scr.j.ad ʒ.ij.vel ʒ.iij. vt in Eclegmatis,& in Antidotis.Nullius Aristolochię radix, neq; itē Gētianę, neq; alia amara in internis remediis ob amarorē,nisi rarò vsurpantur in Antidotis,vel Pilulis idq́, tātū,atq; in minori quātitate, vt si per se sumantur, & in substantia, & pro vna dosi à scru. j.ad scru. ij.cū multo melle,& Saccharo,vel aliquo Sirupo dulci: in decoctione verò à ʒ.ß. ad ʒ.ij. vel ʒ.iij. hoc de omnibus amaris, & odoratis est intelligendum. Valerianæ Radix: Cyperi Galangæ maioris, & minoris, Zedoarię, Zinziberis, Ben albi, & rubri, & Doronici in antidotis, & magnis compositionibus, in pulueribus cordialibus, pectoralibus, & aliis remediis internis à ℈ j.ad.scru.iiij.vel drach.j.ß. in externis verò a drac.ß. ad ℥. ponuntur. Cyclaminis radix recens aluum soluit, & vomitionem concitat. Quare minore mensura, vt drachm.j.sumitur: Arida verò drach.iij.quo pondere vrinas,& sudores ciet.Azari radix, similiter vomitū, vrinas, & ventrem ducit:menses insuper & sudores elicit ex aqua mulsa pota drachmis sex: sed quia Ellebori modo purgat,satius est minorem

quantita-

quantitatem præſcribere, vt capite 4. oſten-ſum eſt. Vnguentis autem ad aluum ſubducen-dam, & tumores lienis minuẽdos ab ℥. ß. ad ℥. ij additur. Omnibus porrò medicamentis, de-coctis maior quantitas, infuſis media, minima verò datis in ſubſtantia, aliòve modo debetur. Radices acres omnes, mordentes vel detergen-tes, vel digerentes, vt Cucumeris agreſtis, Ser-pentariæ, Iarri, aſphodeli, Scillæ, Cepæ, Porri, Alliorum, & Pancratij ponuntur in Cataplaſ-matis, Vnguentis, & alliis externis remediis à 4. ß. ad ℔. ß. vel ℔. j. In balneis verò à ℔. j. ad ℔. ij Denique radices omnes in Cataplaſma-tis, & Vnguentis & ablutionibus pedum, & ca-pitis lixiuiis, & foribus vſurpantur eadẽ quan titate, qua in iniectionibus, vt prius dictum eſt. Quanquam Agaricus radix non ſit, ſed potius Fungus Laricis arboris in caudice naſcens, vt αὐτοψία docuit: tamen quia apud Græcos du-bium erat, eſſet ne Radix, an Fungus ad Radi-ces naſcens, vel in arborum caudicibus: ea ra-tione illius menſuram, inter radices recenſere non dubitauimus. Quæ varia præſcriptione ſi-cut & ſuperiores deſignatur: Decoctum enim ab ℥. j. ad ℥. ß. datur: infuſum ab ℥. ß ad ℥. ij. in ſubſtantia autẽ à ℈. ij. ad ℈. iiij. Maiorẽ por-ro ſui quantitatem non permittit, nõ quòd ha-beat aliquam eximiam purgandi vim, ſed quia Decoctum, vel infuſum vomitionem excitat:

in ſubſtantia, propter leuitatem molem medicamenti auget.

De doſi Herbarum recentium vel ſiccarum. Cap. XI.

HErbarum vel recentium, vel aridarum, in medicinis vſus eſſe ſolet. Recentes autem faſciculis, vel manipulis pluribus in Balneis, in aliis formis manipulis tantũ præſcribuntur. In Clyſteribus quidem paucis tum in Decoctionibus iniectionum, vt vno, vel ij. vel M.ß. vel tertia parte M.j. vt quando minus conueniunt, vel quando efficaciſſimę, vel ingratæ ſunt. Siccę verò in externis, & magnis remediis eadem menſuræ norma præfiniri poſſunt, qua in balneis, & lauacris. Aliis autem remediis vt pulueribus capitalibus, ſtomachicis, omnibus aliarum inſperſionibus, vel aliarum partium quæ ex herbis aliquibus ſiccis parantur, a drac.j. ad ℥.ß. vel ad ℥.j. admiſcentur. Eadem quantitate etiam, in quibuſdam ſuffimẽtis, vt in iis quæ ad Tuſſim parantur, Tuſſilago ſicca, & ad fumigationes capitis folia Roriſmarini, Ladi, Ciſti, Origani, imponi poſſunt. In internis verò, vt in antidotis, colicis, & nephriticis, pulueribus cordialibus, & capitalibus, vel qui ad uentrem, vel vterum præſcribuntur à drach.ß. ad ℥.ß. exhiberi debent. Idem in herbis

bis obſeruandum. Quod de radicibus dictum eſt antea, ſiue aperientes, ſiue detergentes, ſiue gratę, ſiue ingratæ ſint: vt aliquando minor quantitas vſurpetur, pro natura, vel quantitate remedij, in venereis incitamentis recentes aptiores ſunt: propterea quòd illis plus flatulentæ ſubſtantię inſit: vt Eruca, & Mentha, Ad flatus verò diſcutiendos, ad Vrinas mouendas, & ad humores attenuandos, ſiccas eligere conducibilius eſt: propter humiditatem enim abſumptam, ad id efficaciores ſunt. Quæ verò herbæ purgandi poteſtate valent magis hanc recentes præſtant, quàm ſiccę, vt Mercurialis herba, Braſſica marina, Thymelęa, Chamelæa.

De florum neceſſaria quantitate. *Cap.* XII.

FLores ſiccos pondere, & menſura metimur: recentes menſura tantum. Nam in Antidotis, & nobilioribus compoſitionibus, in quibus parua tantum quantitas recipitur ſicci à ſcrup. j. ad vncias ij. admittuntur, vt in pulueribus cordialibus, capitalibus, ſtomachicis, & Vnguentis. In Sirupis autem, & apozematis, & alijs decoctionibus, à Pa. med. ad Pa. ij. vel tres, vel plures, vt & in balneis, & Clyſteribus: ſunt enim parum

efficaces,

efficaces, niſi in mole magna. Quare in Pilulis nunquam vſurpandi ſunt, quia augendo molẽ, vim aliorum medicamentorum minuunt. Sũt tamen præſtantiores ob ſuam tenuitatem partium, ideo vſurpantur in aliis. Recentes, quia efficaces tantùm ad refrigerandum, humectandum, & purgandum in Sirupis, & apozematis, & aliis huiuſmodi decoctionibus ſolum, immittũtur: idque, à P. ß. ad P. plures, vel manipulos. Non autem pondere, niſi in conſeruis parandis: ad proportionem cum ſaccharo ſeruandam.

De fructuum menſura.
Cap. XIII.

FRuctus non vno & eodem menſuræ genere præſcribuntur: alij enim pondere, alii numero, alij vtroque modo. Fructus igitur magni integri, & diſcreti vt Pruna, Poma, Pyra, Mala Punica, mala Cotonea, Meſpilla Sorbæ, Ficus, Paſſulæ, Iuiubæ, Sebeſten, Dactili, Corna, Nuces, Amigdalæ, Auellanæ, & iis fructus ſimiles Numero præſcribuntur. Quorum j. iij. iiij. xx. C. vel Numero iiij. v. vj. vij. viij. xv. x x. L. & ita deinceps dicimus: exceptis pomis Cydonijs, & Punicis, quæ ob magnitudinem, adtantum numerum in præſcriptis nũquam perueniunt. Interdum etiam fructus pódere

dere mẽsuramus, cùm ab iis aliquas partes detrahimus, vel aliquas partes tantũ in vſum reuocamus. Vt cum dicimus, carnium Cydoniorum abiectis cortice, & granis lib. j. vel Corticis malorum granatorum ℥. iij. Vel cùm religioſius proportionem miſcendorum ſeruare volumus, vt in Sinapiſmis, in quibus pro ℥. j. ſeminis Sinapi, aliquando ficuum ℔. ß. miſcemus, & aliquãdo ℔. j. Nã ſi numero Ficus metiremur, minus certa eſset proportio, cũ Ficus aliæ maiores, aliæ minores ſint. Neque hic erratum eſset leue: ſi enim minus ficuum iuſto, vel plus Sinapi adhiberetur, eſset periculũ vlcerationis. Non minus religionis eſt obſeruandum in Maſticatoriis, quæ parantur Ficubus, vel Paſsulis, & Acribus medicamẽtis, cũ idem eadem ratione, qua in Sinapiſmo impẽdeat periculum. Inter fructus ſunt nonnulli qui ad varios vſus vſurpari ſolent, & diuerſa menſura, pro diuerſitate Scopi, aut Vſus, vt Pruna, Sebeſten, Tamarindi, quæ bilem extinguũt, eamq́ue expurgant, vel partes refrigerant. Quare ſi ad refrigerationem, vel ad bilis alterationem adhibebuntur, paruo numero iniiciẽtur, vt ad paria duo, vel tria: ſi vero ad euacuationem quam imbecilliter promouent ad paria viginti. Idem facimus de paſsulis, & ficubus: nam ſi ad purgãdum, magno numero: ſi ad leuiter detergendum, vel calefaciendum præſcribantur,

minori, & hoc de internis remediis eſt intelligendum. Nam in Balnea ficus, & paſsulæ iniici poſsunt, ſi detergere, & relaxare ſit animus, maxima quantitate, quia forma remedij, & paucitas virium id poſtulãt, vt ad paria quinquaginta. Fructus aluũ ſoluentes detergentes, & emollientes ad Pa. x. vel. xx. dantur. Refrigerantes, & lenientes in iniectionibus inflammationum, vteri, veſicę, & inteſtinorum decoqui poſsunt ad Pa. x. Qualia ſunt pruna, Sebeſten, Tamarindi, Dulciores fructus, in Clyſteribus ſedãtibus dolorem, lenientibus, ventrem ſubducentibus, detergentibus, & vermes deorſum trahẽtibus, eodem numero ponuntur commodè. Necnon adſtringentes, in Clyſteribus ad alui fluorẽ imperantur eodem numero, in decoctionibus verò alterantibus, ne obſtructiones pariant, minori. Detergentes in purgãtibus ad Pa. xx. vel xxx vel xl. poni poſsunt: in alterantibus ad Pa. v vel vj. in decoctis verò pectoralibus, vel ſirupi media quantitate. Fructuum enim detergentiũ numerus maior in pectoralibus magis, quàm in alterantibus tãtùm neceſsarius eſt, vt vis medicamenti validior ad pulmones accedat: Minor vero numerus, quàm in purgantibus exigitur. Si enim æqualis menſura adhibeatur, v Pa. viginti, aut triginta, immoderatius fortè detergendo, aluũ ſtimulabit, nec altius longiuſve contendet. In alterantibus ergo ponantur a

Pa.

Pa.quinque: in purgantibus ad Pa.viginti: in pectoralibus ad Pa. decem, vt medius modus seruetur. Quod de passulis, ficubus, iuiubis, Sebesten, & Dactylis volo intelligi. Horum itẽ fructuum Pulpa, ceu carò præscribitur in eclegmatis, opiatis, & Cataplasmatis, sed pondere, non numero, quia eorum tantum pars vsurpatur. Pulpa Passularum in Opiatis, quæ ad purgandum instituuntur ad ℥.ij in Elegmatis media mensura, in cataplasmatis hepaticis corroborantibus, vel malacticis a 4. ad ℔. ß. vel ℔.j. ponitur. Pulpa Prunorum dulcium purgantibus tantum medicamentis, & Opiatis misceri potest. acidorũ in Cataplasmatis adstringentibus ventrem, vt & alii fructus omnes adstringentes, cuiusmodi sunt Pyrorum, Pomorum, Malorum Cotoneorum a 4 j. ad lib. j. Dactylorum pulpa hepaticis, corroborantibus, vel malacticis inseri solet ad lib. j. Capita Papaueris vt fructus numeramus, vt ex descriptione Diacodij, apud Galenum patet libr. κατὰ τόπους. Fructus minores, vt Passulæ Corinthiacæ, Myrti fructus, siue Baccæ, vel Berberis, vel Lentisci, vel Balsami, vel Terebinthi pondere maiore, vel minore, pro scopo, natura, viribus, & forma remediorum vsurpantur, maxima ex parte à ʒ.j. ad ℥.j. Fructus indiscreti, vel contusi, vt Tamarindi pōdere

re non numero menſurantur. Paſſulæ vtraque menſura : dicimus enim Paſſularum drach. ij. vel iij. interdum Paſſularum paria x.xx.xxx.

De ſeminum doſi ſeu quantitate. Cap. XIIII.

SEmina ſemper pondere metimur : ſed diuerſa, diuerſo pro natura ipſorum, & Scopo, & forma remediorũ. Ea vel calida ſunt, vel frigida, & ex iis alia dicuntur maiora, alia minora Præterea calidorum alia ſunt magis grata, vt ſemen Aniſi, Fęniculi, ob id ad drach. j. vel ij præſcribuntur, vt in pulueribus poſt paſtum. Quæ minus grata ſunt ob odorem, vel ſaporẽ a ʒ.ß ad dra. j. vt ſemẽ Cumini, Seſeli Maſſilienſis, Carui, Ameos. Sed in multo minori quantitate, quæ magis acria ſunt, vt Rutę agreſtis, Naſturtij, Thlaſpi. Quæ temperata ſunt à ʒ. j. ad ℥ j. internis remediis admiſceri poſsũt, In Balneis verò, & Fotibus, vel Cliſteribus ab ℥. j. ad plures. Sũt aũt huius generis ſemẽ Maluę, Biſmaluæ,, Lini, Bõbacis His proximè accedit ſemen Lini, & Fœnugræci, ſed hoc paulò calidius illo. Semina prouocantia vrinam pro ſcopo, & ſua acrimonia , diuerſis ponderibus adminiſtrari debent, ſi ad ciendam vrinam dẽtur a ʒ. j. ad ʒ. iij. vel iiij. exhibentur, ſi verò iis quæ aluũ deducunt permiſceãtur. ad humo

ris

ris attenuationem, vel medicamenti deductionem à ſcrup. j. ad ʒ.j. tantum propter rationẽ quã de aperientibus medicamẽtis reddidimus. Poſsent enim impedire, deriuando ad renes, vim medicamenti purgantis. In aperientibus obſtructiones, media quantitate poni debent. In Arteriacis à ſcru. j. ad ʒ.j. ne fluxionem ſua acrimonia excitent. In Bechicis a ſcru. 1. ad ʒ. 1. tantùm, ne pituita exſiccata in pulmonibus retineatur, & expulſione fiat ineptior, aut ne ẽt eorum acrimonia fluxionis impetũ in pulmones concitet. Hęc eadem flatus diſcutiunt, quætſi Polypodio, aut flatum generantibus iungantur, augenda erit doſis à drac. 1. ad ʒ. ij. In Clyſteribus autem & ſedantibus dolorem, & aliis colicis remediis, à drach. ij. ad drach. vj. in antidotis à ʒ. j. ad ʒ. iij. decoquũtur. Calidiſſima autẽ ſemina, qualia ſunt ſemina Naſturtij, Rutæ agreſtis, Thapſiæ, Sinapi, Erucæ in internis remediis à ſcrup. j. ad drach. j. in externis autẽ à drach. ij. ad vnciam. j. hæc ſi decoquantur ſiue ad internum, ſiue ad externum remedium, maiorem ſui quantitatem poſtulat, quàm ſi tota in puluerem reſoluta aſſumerentur, potiſſimum cùm in aqua ſimplici decoquuntur. Doſis igitur erit à drac. j. ad drach. iij. in externis autem remediis à drach. iij. ad vnciam j. ß. vt cum ex Thapſia, & oleo remedium paramus ad Alopeciam, pro lib. j. Olei, vnciam j. ſeminis

Thapsię imponimus. Sunt aliqua ſemina odo-rata, quæ aliquando fructus appellantur, vt Carpobalſamum, ſiue ſemen Balſami, Cardamomum, Grana paradiſi, Cubebæ, Piper: quæ iuxta acrium omnium menſuram præſcribi debent. Semina frigida alia maiora, alia minora dicuntur, ideſt alia aliis ſunt frigidiora: quę omnia differunt viribus, ſapore, & odore, & familiaritate. Semina enim frigida minora refrigerant cum leui quadam adſtrictione, & ſiccant tanquam amara vtcunque ob id magis externis: quàm internis imponi ſolent. In internis autẽ ponuntur vt pulueribus à ℈. j. ad ʒ. j. & ʒ. ij. in externis à ʒ. ß. ad ℥. ß. Semina verò frigida maiora refrigerant, & humectant, eo pacto nihil adſtrictionis habent, ſed relaxant partes conſtrictas nimia ſiccitate potius, quàm conſtringant, & corpori noſtro magis familiaria ſunt, ſi Cortex externus ablatus fuerit, neque antiquitate rancorem contraxerint. Doſis diuerſa erit pro diuerſitate Scopi, & forma remedij: vt in humectantibus, in refrigerantibus, & cientibus vrinam à ʒ. ij. ad ℥. j. In pectoralibus verò remediis à drac. ß. ad drach. ij. vel. drach. iij. In purgantibus medicamentis à ℈. j. ad drac. j. Pro forma autem remedij augentur, vt in Clyſteribus ad ℥. ß. ad ℥. j. In Balneis detergẽtibus, refrigerantibus, humectantibus ab ℥. ij. ad ℥. vj. Rarò in aliis externis remediis vſurpantur

præter

præter oleum, quod ex illis paratur. Semina autem frigida alia aliis magis familiaria sunt, ob id maiorem sui copiam permittunt, & frequẽtius, vt Semina papaueris albi magis, quàm nigri, Semina Hyosciami albi potiùs, quàm nigri, vel Flaui, idque in stupefacientibus, vt in colicis, inspissantibus, & arteriacis à ʒ.ß.ad ʒ.ij.vel ʒ.iij. In colicis tamen maiori quantitate debent recipi, quàm in aliis: vt si quis semen Cicutæ dare vellet, in his & lubentiùs, & largiùs, quàm in illis id faceret. Licet rarò medicamentis internis inseratur, est enim & siccum & adstringẽs, & venenatæ labis particeps. Quare non leuiter peccant, qui in Pilulis ad articularem morbum Harmel, quod est Cicutę semẽ, interpretantur pro semine Rutæ agrestis, quod est Hamala. Sed liberiùs externis remediis cõstringentibus, refrigerantibus, stupefaciẽtibus imponi potest à drach.j.ad vnc.ß. vt in iis, quæ ad mammarum indurationem pręscribuntur, intellige de singulis applicationibus, his enim minor copia esset inutilis. Semina aliqua sunt præterea quæ antea odorata diximus, quæ fructus etiam dicuntur, vt semen Myrthi, Corymbi, Hederę, & similia, vt & nuclei mali Granati. Ea mensurantur pondere, verbi gratia, semen Hederę in Sirupis cientibus aquas locum subire solet à drac.j.ad vnc ß.semina Mirthi in cõstringẽtibus externis, & internis, poni possunt

V à drach.

à drach.j. ad drach. ij in externis aliquando ab ℥.j. vt in capitalibus, & in Pulueribus adstringentibus ventrem, Cataplasmatis, & Clysteribus, Fotibus, & Balneis, augendo, vel minuendo dosim pro forma remedij, & scopo. Eadem erit dosis seminum Vuarum, quæ omnino similem facultatem habent, & iisdem remediis asciſci possunt. Semina rosarum & in externis, & in internis remediis à drach.j.ad drach. ij.ponuntur. Semen coriandri inter medicamenta desiccantia reponitur: sed alij calefacere, alij refrigerare existimant: Ego verò puto semen calefacere, vt Galenus existimauit. herbam autem recentem refrigerare, & minus exsiccare. Semen caliditatem in primo ordine obtinet, siccitatem verò in secundo. In quibus igitur parum calefacere, & magis desiccare cõuenit, vsurpandum est, vt in pulueribus capitalibus, pulueribus ad ventriculum institutis, & hoc à drach. ij. ad vnc.j. Internis autem remediis, à Medicis adhibetur, vt pulueribus post pastum ab vnc.j.ad vnc.ij. sed præparatum aceto, vt halituosa illa expiratio, quæ plurima ex illo ad caput effertur, qua veluti ebrietatem inducit cohibeatur. Acria enim aceto macerata fiũt mitiora: insipida verò eandem acrimoniam acquirunt. Sed quòd adeo caput tentet, vt Nicander vult, hoc agresti non præparato, vel herbæ ipsi tribuendum potius, quàm nostro, quo hodie vtimur,

vtimur, quod colitur in hortis, & cultura mitius fit, & maceratione in aceto facta, commodius redditur. Ego in morbis capitis, in quibus vel ſiccare, vel vim aliorum medicamentorum ad caput ducere oportet, ab vnc. ß. ad vnc. j. ſoleo adminiſtrare. In morbis factis per conſenſum: vt in Scotomia, & doloribus capitis abſtineo, vel ab drach. j. ad vnc. ß. tantum, aliis multis permixtum, & ſaccharo conditum, ad inhibẽdam vaporum expirationem quam facit potius, quàm non conditum vſurpo. In externis remediis à drac. iij. ad vnc. j. Granum tinctorum vulgo appellatum, quod neque granum eſt, neque ſemen, ſed veſicula quædam qua continentur Oua paruorum inſectorum: quòd manifeſtum, nam ſi aceto non extinguantur, abeunt in paruos papiliones rubros, eaque naſcitur tantùm in foliis, vel caule, vel Trunco vel radice Ilicis humilis, propter eius magnam humiditatem, priuſquam Glandem ferat. Vtuntur Medici huiuſmodi Grano, in pulueribus capitalibus ad deſiccationem, à ℈. j. ad drac. ij. vel drac. iij. vel in ſanie grani recentis, ſericum tingunt, pro confectione Alkermes paranda. Annumeratur etiam inter ea medicamenta, quæ neruos ſiccant, & conſolidant: quare in enhemis, & cõglutinantibus medicamentis à drach. ij ad vnc. ß. vel vnc. j. infundi poteſt.

De Frugibus siue cerealibus.
Cap. XV.

FRuges, siue Cerealia in medicamentis internis, & externis, præscribuntur, sed diuersa mensura. Nam si integra vsurpentur, Pugillis, vel manipulis mensurantur: in farinam verò resoluta, pondere, vt lib.j.lib.ß.vel ℥.aliquot, idque maximè si parua earum quantitas adhibentur, vt farina Hordei, Tritici, aut quæ ex iis parantur, vt Amilum: sed si maior earum quantitas foret necessaria, nihil impedit eas manipulis metiri. vt semper de Furfure fit, siue sit Tritici, siue aliorum ob eius vilitatem, & imbecillitatem. Sunt autem Cerealia quibus frequenter vtimur Alica, Frumentum, Siligo, Sequale, Hordeum, Spelta, Auena, Milium, Panicum, Oriza. Quibus adiungi potest Fœnugręcum, ex quo frequenter Farina fit, & quamuis inter semina reponatur, eadem mensura tamen præscribitur, qua ipsa Cerealia siue integrum, siue in Farinam comminatum. Deniq; Cerealia sunt, quæcunque in Farinam redacta Panis materiam præbere possunt. Erit ergo dosis cerealium diuersa, pro diuersitate formarū remediorum. Nā si in Balneis vsurpentur integra, vel cōfracta ad M. plures; in Clysteribus Pa. j. vel ij. in decoctionibus verò siruporum,

iniectionum, gargariſmatum ad P. j. vel P. ß. Farina autem, ſi ad Cataplaſmatum compoſitionem vſurpetur, à lib. j. ad lib. ij. Si ad inſpiſſationem ſucci herbarum, quantum ſufficit, imponitur donec mellis conſiſtentiam acquirat: vt in Bechico medicamento, aut arteriaco farina Hordei, vel Amylum à drach. j. ad drach. ij. vel iij. imponitur.

De Leguminibus. *Cap.* XVI.

LEgumina quòd manu legantur dicta, vt Cerealia menſurãtur. Nã ſi integra vſurpentur, M. vel P. metimur, ſi verò in farinam reducantur, pondere ſunt præſcribenda. Legumina autem ſunt, Cicera, Lentes, Fabę Lupini, Orobi, Faſeoli. Quantitas eorum ex forma, & quantitate remedij, & viribus ipſorum, colligitur. Adſcribuntur autem externis & internis remediis: his quidem integra, veluti decoctis ad proliciendam vrinam, illis verò trita in Farinam.

De Lignis, & Corticibus. *Cap.* XVII.

LIgna non rarò à medicis, vt & alia medicamenta, in vſum trahuntur, quorum cũ magna ſit varietas, in efficacia odore vel raritate, varia eſt eorum quoque doſis. Si enim

efficacissima, odoratissima, vel cara pōdere ℥.j. vt plurimum præscribuntur, vt lignum Aloës & Xylobalsamum, & Santali omnes. Horumque vsus est non in internis solum, sed & in externis remediis, vt in antidotis, in pulueribus cordialibus, capitalibus, in vnguentis Ventriculi, Hepatis, & Vteri. Item in Epithematis Cordis, & ventriculi, in suffimentis etiam vsurpantur, quibus adiungere possumus Ebenum, quod in externis vt in Collyris est vsui. Ligna autem crassiora, & minus nobilia ex quibus decoctiones parantur, vt ligni Gaiaci, Palmæ Sanctæ, Fraxini, Tamarisci ramenta maiori pondere vsurpantur, vt ab vnc. j. ad lib. j. quando ex iis decoctiones instituuntur. Corticis nomine integumenta plantarum interna, & externa, & fructuum putamina comprehendimus: dicimus enim malorum granatorum Corticem, & Nucum. Quarum Corticum differentiæ sunt multæ, quandoquidem aliæ nobiles, & efficaces, aliæ ignobiles. Nobilium vt Cinamomi, Thuris, Nucis Moschatæ dosis erit à scrupu. j. ad drach. iij. vel vnc. ß. Ignobilium Arborum, & Fructuum, nisi insuauitas prohibeat ab vnc. j. ad multas dosis erit, vt Gaiaci, Capparis, Fraxini, Tamarisci, Sambuci, Populi, Vlmi, Pini, Quercus, Malorum Granatorum Nucumque, & Suberis. Et in medicamentis adstringētibus, & exsiccantibus eadē copia admisceri possunt.

vt

vt Cortex Pini, Quercus, Suberis, & Nucum, potissimùm in externis remediis.

De Cineribus. Cap. XVIII.

Cineres ex Lignis, Corticibus, Fructibus, Lapillis, Animalibus, iisque integris: vel eorum partibus parantur. Pondere autẽ solo mensurantur, eoque vario pro forma remedij specie, & pro ratione illorum acrimoniæ maioris, vel minoris. Ex iis si conficiantur remedia externa, largiore copia, quàm si interna dantur. Intus autem si sumantur abluti, maiori pondere: si verò non abluti, propter acrimoniam, in parciori copia recipi debent, vrunt enim calcis modo. Lixiuium ex aqua & cineribus facimus, verbi gratia, lib. iij. aquę lib. j. cinerum infundimus, sarmentorum, & salicis maiorem copiam, brassicę & fabarum minorem sumentes, quia hæ magis acres. Omnium Antispodiorum, quæ possunt parari ex fructibus adstringentibus, summitatibus arborum adstringentium, vt ex Myrthi ramis, cũ fructu Oleastri, & similiũ dosis erit à ʒ. j. ad ʒ. ij. vel à ʒ. ij. ad ℥. j. in interno remedio quod instituitur ad multas doses. Spodiũ verò Græcorum est, quod hodie Tuthya vocãt barbari. Coraliũ porro vrimus, vt tenuitatem partiũ acquirat, & siccitatem: vstum autem externis remediis à ʒ. ij. ad ℥. j. imponi põt, at internis, & de-

deuorandis, à ℈.j.ad drach. ij.In dentifriciis à ʒ. iij. ad vnc.ß.aut ab vnc.j. ad vnc.ij. Cineres hirundinum, vel Cuculi, vel Vermium, vel intestinorum Gallinæ, ad dolorem, & ventriculi humectationem. Lupi autem, vel cornu Cerui, in interno aliquo alio remedio assumuntur, dosis erit à ʒ. j.ad ʒ. ij. vel à ʒ.ij. ad ℥.j.pro multis dosibus. Cæterum vruntur testacea marina, & ossa animalium, sed ea calcis naturam referunt. Quo fit vt eorum tantum vsus parcior sit vsurpandus. Verum quia sequenti capite de animalium dosi, & cinerum quæ ex iis fiunt, sermo ex professo instituitur plura hoc loco de iis non esse dicenda videntur.

De Animalium dosi & partium eorum.
Cap. XIX.

ANimalium, quorum vsus in medicinis cõgruit, alia interdum tota, vel mutila, vel eorum partes plures, aut vna tantũ, vel duabus semotis, vna sola, aliquãdo eligitur. Sic vermes toti recipiuntur in oleo de vermibus totique etiam vruntur, cum ex eis cineres conficere opus est. Idem de Scorpionibus vsu venit, toti enim & vrũtur, & oleum deiecti putrescere sumuntur. Idem de Hirundinibus & Cicadis sentiendum, Cuculis, & Passerculis, Troglodytis, & Caudis Tremulis. Viperæ quin

etiam totæ vrũtur, vel ad trochiſcorum, qui ab iis denominatur præparationem, capite, cauda, pelle, oſſibus, & interaneis omnibus demptis, ſolæ illorum carnes retinentur cum iure. Quæ integra vſurpantur numero frequentius menſurantur: quæ verò mutilata aliqua parte ſui, & numero, & pondere. quanquam nihil prohibet etiam integra animalia, ſi minora ſint, pondere metiri, vt Cimices, Aſellos, ſiue centipedes, & Battas. Cantharides aliquando totæ vt in medicamentis puſtulas ambuſti modo ſuo tactu facientibus, quæ vulgo veſicatoria appellantur, imponuntur, & in quibuſdam aliis internis remediis quanquam neoterici, alas & pedes auferunt ſemper, quod aliarum partium antidota dicantur, ſi Dioſcoridi credimus. Partes animalium ſiue maiores ſint, ſiue minores, etiã liquidiores vt Fel, penduntur omnes, item quæ vſtæ ſunt, vel alio modo præparatæ. quorum doſis ſtatuitur à vnc. ß. ad drac. j. Quæ minus ingratæ ſuntq́, vel parum efficaces à drach. j. ad drac. iij. vel drach. iiij. præſcribi poſſunt, vt raſura Eboris, vel cornu Capræ, vel Ceruι, vel cineres oſſium Aſtragali Leporis, & ipſa etiam raſura Vnicornis, quæ tamẽ emptu carior cùm ſit, minori pondere datur, vt alia medicamenta pretioſa, quamquam eius vis neque maior, neque certior ſit ea, quæ eſt Eboris, aut cornu cerui. Partes autem quæ acrimonia, vel horrẽdo, moleſtoq́;

festoque odore, aut saltem nimio prçcellunt internis remediis à G. ij ad ℈. j. vel ij. ad ʒ. j. admiscere possunt. Cuius generis sunt Castoreum, Moscus, Ambra, Ciueta, tum quia acria sunt, & prætiosa. In externis verò remediis potest eorũ augeri quantitas. Intestina Lupi, & Gallinæ in furno vruntur, & à ʒ. j. ad ʒ. ij. per se, vel cũ vino propinãtur. In opiatis autem, & pulueribus conscribuntur ad ℥. j. vel ij. propterea quod ad multas doses componuntur. Ex pulmone etiam vulpis & hepate Lupi non rarò remedia cõparantur, sed quia ingrata, & malè olentia, despuũtur: Quare siccanda sunt in furno, & pondere scrupu. ß. ad drach. j. danda. Ad drach. ij verò si aliis odoratis admisceantur. Excrementorum alia aliis sunt efficaciora, & magis acria: ob id diuersa præscribuntur mensura, vt stercus Gallinarum aduersus Fungos à drach. j. ad ʒ. ij. stercus Columbarum à ʒ. ß. ad ʒ. j. Idem de stercore Sturni. Imò in externis remediis hæc ab ℥. ß. ad vnc. ij. vel plures possunt imperari. Stercus Ouis, & capræ & Boum pondere nec mensura eadem prçscribuntur: Stercus enim Ouis in cataplasmatis ab ℥. ij. ad ℥. vj. Stercus verò Caprarum ad ℥. iiij at vaccç stercus ad lib. j. vel plus, habita semper ratione quantitatis remediorũ, & partis cui applicabuntur. Fella, vt acrimonia, & consistentia differunt, sic etiam põdere. Fel enim Auium, cùm minus acre, tenuius autem

felle quadrupedum ſit, acrius vero, ſed minus tenue felle piſcium: fellis Quadrupedum doſis erit drac.j.auiũ ℥.ij.piſcium verò ℥.iij.Cornua, quia dura ſunt vel vruntur vt oſtracea, vel lima raduntur in tenuiſſimas partes: earũ doſis erit à dra.j.ad ℥.iij.vel 4.Saporis.n.& odoris ferè ſunt, proinde quę omnis alterius efficaciæ expertia niſi in deſiccando valere multum deprehenderentur Quamuis etiam non nihil refrigerare poſſint, & quibuſdam quadam antipathia ſerpentes fugare & vermes credantur. Nõ me autem latet, plures facultates illarum prædicari ab iis, qui lucrũ queſtumq; de iis faciũt, vt & raſuræ vnicornis quàm auro pendũt, proptereà quod venenis vt plurimũ aduerſetur ꝙ non minus pręſtare cornu Cerui, raſuramq; Eboris exiſtimo. Et quemadmodum cornu Capræ, eandem vim habere dicitur, cum cornu Cerui: ſic certe raſura Eboris, cũ cornu Vnicornis, vt experientia docet. Quare pauperibus ea quæ minus cara & precioſa ſunt, dentur: diuitibus autem (quibus nihil carum eſſe poteſt) vnicornis imperetur. Cuius doſis traditur à ℈ vj. ad ℥. ß. vel ℥.j. Teſtę ſimiliter Oſtrorum, Mitulorum, Concharũ venerearũ quas vulgus gallicũ *Pourcelaines* appellat, Purpurarum, Buccinarũ, & Aliorũ Oſtreorũ, item Cancrorum marinorũ, & fluuiatilium, vruntur, vt facilius in partes tenuiſſimas reduci poſſint, earum doſis à drach.

j.ad

j.ad drac.ij. uel iij. si vsta extincta sint aqua, vel si abluta fuerint: in externis autē remediis ab ℥.ß.ad ℥.ij. Nacra quæ vulgo mater perlarū dicitur, non malè pro vnionibus, & Margaritis, vsurpari posse videtur, idque non temerè, cùm easdem vires inesse vtrisque, & ratio quod sint eiusdem animalis partes, & ex eadem materia procreatæ & experientia qua id à me comprobatum est persuaderit, affirmare audeo. dosim autem statuo à scrup.j. ad drac.j. vel ij. in antidotis pauperū, quia vili pretio venditur. Vniones verò, & Perlas, siue Margaritas quas, vsus in antidotis & pulueribus cordialibus, & quibusdam collyriis recipit à scrup.j. ad drach.ij. exhibeo, & parui duco, an perforatæ aut nō perforatæ sint. Cęterùm quoniam aliquarum partium dosis exactiorem doctrinam requirit, ea ratione peculiaris de illis sermo instituendus esse videtur.

De Sanguine. Cap. XX.

A Sanguine autem animalium exordiemur, cuius non minus quàm aliorū excrementorum, vel partium in medicamentis, tum internis, tum externis, frequēs est vsus, sed diuersa proportione pro diuersa virium facultatumque, quas vniuscuiusque animalis sanguinis obtinet ratione. Sanguis enim

Anatis

Anatis & Anſeris, cum valeat aduerſus venena,
um ſanguis Teſtudinis marinæ, & Terreſtris,
& hędi immiſcentur antidoto ex ſanguinibus,
d ʒ.ij. Atque etiam in antidoto illa tantopere
elebrata ad omnes internos affectus, & deſcri-
pta lib. ij. de antidotis à Galeno ſupradictorũ
nimalium ſanguis ad ʒ. vij. admittitur; quia
nagna eſt compoſitio. Sanguis Hirci, qui ad la-
pidem comminuendum ſummè efficax eſt à
rach. j.ß. ad drach. iij. vel ad drach. vj. præſcri
pitur. Sanguis item Teſtudinis marinæ ad Epi-
epſiam drach. ij. pondere datur. Teſtudinis ve
ò terreſtris ad hecticam imperatur recens, &
rudus ad ℥. j. & hoc faciunt noſtræ mulieres,
uia actu frigidus eſt, & quadam refrigerandi
i, humectandique præditus eſt. Decoctum ta-
nen carnis eius, mihi magis humectare, licet
ninus refrigerare videtur, Atque hæc de ſan-
uinis in medicamentis interiùs aſsumendis
reſcribenda menſura dicta ſint. Eius verò qui
xterna medicamenta ſubit menſuram quan-
itatemq; definire nullo modo neceſſe eſt, ſed
a arbitrio & neceſſitati relinquenda. Vt cùm
d vulnera recentia oculorum ſanguinem Co-
umbæ, vel Turturis imperamus, guttas aliquas
n oculum iniiciendas monemus, & cùm fluen
em ſanguinem ſiſtere volumus, quamuis alij
nguinem bilioſum imperent, quia talis mi-
us eſt emplaſticæ facultatis particeps, ideo pi-
tuitoſum,

tuitosum,& viscosum malumus, exsiccatum,& in puluerem crassum resolutum, eius tantam quantitatem, quæ partem affectam sua aspergine possit obseres imperantes. In emplastris autem vsurpamus eam quantitatem, quæ necessaria est ad puluerem excipiendum, vt in Emplastro de Pelle arietina fit. Sanguine porro Ranarum, Vespertilionum, & similium psilotra conficimus, eiusque mensuram quam volumus præscribimus. Si qua autem inæqualitas in proportione illorum deprehendatur, non alia ratione fit, quàm quòd non liceat æqualem horũ animalium sanguinis copiã habere. Rana.n. viridis parum sanguinis habet, vt & Vespertilio, Tũnus autem multum. Quare in eo loco, in quo haberi potest, maiori quantitate decerni potest.

De Vrina. Cap. XXI.

VRina Animalium in remediis exterius admouendis, quàm in internis conuenientius admittitur: quia vilia, & abominanda remedia ex recrementis vesicæ, & alui parata à Galeno libr. vij. simplicium, improbantur. Scribonius tamen Largus vrinam Apri ad Epilepsiam commendat. Rustici,& muliercula vrinã puerorũ sanis, & ęgris dant bibendã ad pestis præcautionem: vt vrinam Mu-

læ, ad sterilitatem inducendam, aliqui turpiter & scœlestè bibendam mulieribus præbuerunt. Hominis verò, in aqua intercute, vel veneno epoto, rustici similiter bibunt, idque alia ratione mihi facere non videntur, nisi quòd vim detersoriam eandem quam serum habeat. Quare affectibus quibus conuenit serum, vrina pueri præscribi potest, idque rusticis, & ignobilioribus tantum. Clysteribus autem, quæ dantur ad detergendam pituitam, & ad appetentiam comparandam, & conciliandam iniicitur pondere drachm. iiij. cum aliis verò per se ab lib. j. Ad multa porrò remedia paranda, vrina pueri impubis ab antiquis vsurpata est, ad eam quantitatem, quę necessaria est pro externo remedio: vt in resolutione, quam argentum viuum infert, in qua affectione tantum eius imponimus, quantum necesse est pro magnitudine partis resolutæ.

De Sero Lactis. Cap. XXII.

SErum Lactis, vrinę proportione respondet nec sanè vtriusque substantia dissimilis est nisi quòd seri minus fœtida est & abominanda: propterea quòd à sanguine in renibus nondum fuit secreta, ob quam separationem excrementorum naturam accipit, fœtorem scilicet, habent enim minus calidi innati,

nati,

nati, ob idque facilè putrescant. Ex eo instituũtur remedia vt Clysteres, & inectiones in vterum, & vesicam. Sæpe etiam liquoris vice vsurpatur, vt herbæ in eo decoquantur: nulla alia quantitate designata, quàm quæ cæterorum decocturæ satis esse poterit. Interdum autem per se bibitur ad purgationem vel detersionem. Qua in re non satis est semel, sed per multos dies eius vsum experiri, ita vt primo die vnc. 4. sumantur, & iis quotidie superaddatur vnc. j. donec ad lib. j. vel vnc. x. deuentum sit. Tunc de maiore quantitate licebit eodem modo ἀνάπαλιν singulis diebus vnc. j. demere, donec redeatur ad primam quantitatem. Si quando autem eo ad purgationem vti velimus, id potentius præstabit, si sub dio pernoctauerit: nocturni enim rores habent vim subducendi aluum, quam ob id impertire fructibus ante exortum solis collectis, deprehenduntur. Quin etiã succum Rosarum, vel Fumitterræ, vel Absinthij, ad Ichorum purgationem testulæ admiscemus, vel flores tantum, aut ipsas herbas contusas maceramus in eo per totam noctem, & sic præparatum exhibemus. Delicatis tamen ob amarorem admixtarum herbarum mellis vel sacchari addi quantum ad potionis amarorem temperandum, & ad gratiam sapori conciliandã sufficere videbitur, pręcipimus.

De La-

De Lacte. *Cap.* XXIII.

LAc Aſinę, ſi ad purgationem propinatur, vel deterſionem, eadem menſura qua ſerũ lactis præſcribendum eſt. Si verò ad nutritionem, ne turbet ventrem, minori copia, & chalybeatum. vt & Chamelinum ad ℥. 4. tantũ. Lac verò Muliebre, & Vaccę imperatur ad lib. ß. Ouis, & Capræ, media quantitas dari poteſt inter Lac Aſinæ, & Mulieris. Iis autem, qui Lactis potui aſſueti ſunt, licet quãtum erit animo ſorbere, obſeruatis ſemper iis, quæ ab Hippocrate præcipiuntur in aphoriſmis.

De Coagulo, & Butyro.
Cap. XXIIII.

COagulum pondere Caſtorei datur, à G̈ j. videlicet ad G̈ xij. pro vna doſi, idque in internis remediis, extrà verò maiori copia adhibetur, vt à ℈. j. ad ʒ. j. Butyrum ſimiliter externis, & internis remediis admiſceri conſueuit: ex eo enim Eclegmata conficiuntur, dupla quantitate Sacchari addita. Eius proinde Doſis eſt ab vnc. ß. ad 4. ß. nõ enim ad vnam doſim decernitur, ſed quantum baculo Glycyricę paulatim deglutiri poteſt lambendo, vel magnitudine fabæ. In linimentis, vnguentis acopis,

ſuppurantibus, mollientibus, & relaxantibus ab vnc.j.ad multas vnc.collocari ſolet, pro quãtitate remedij.

De Adipe & Seuo. Cap. XXV.

ADeps, & ſeuum differunt conſiſtentia, & temperamento: calefaciunt tamen ambo, ſed Seuum exſiccat, & minus relaxat, Axungia verò & relaxat, & humectat propter humiditatem quam habet maiorem. Seuũ porro eſt, quod ex animalibus cornigeris colligitur, & in duriorem conſiſtentiam concreſcit, quàm axungia, eo quod magis ſiccæ terreęque ſubſtantiæ particeps exiſtat. Axungia verò, ſiue pinguedo eſt omnium aliorum animalium, vt Hominis, Porci, Vrſi, Gallinæ, Anſeris, Anatis, & Piſcium. Seuum ergo vſurpatur in vnguentis vlcerum internorum, & externorum, ab ℥.ß.ad ℥.j.vt in diſenteria, in reliquis autem vnguentis pari vel maiore quantitate. At pinguedo, ſiue axungia in linimentis, & vnguentis relaxantibus & emollientibus ab ℥.ß.ad ℥.iij. vel 4.pro quantitate remedij. Axungiam tamẽ porci à libr.ß.ad lib.j.in vnguentis ad morbum gallicum, præſcribimus.

De

De Medulla. Cap. XXVI.

MEdulla seruat proportionem Axungię, vel Seui: ob id eadem mensura præscribi potest: nisi quia minor medullæ nobis copia suppetit, maior autem inopia: proinde parcior mensura eius constituenda, quàm Axungiæ.

De Resinis & Picibus. Cap. XXVII.

MVltæ arbores Resinam fundunt: Terebinthus Terebinthinã, Lentiscus Mastichem, Abies Abietinam, Pinus Pinęam, Larix Laricæam, Cypressus Cypressæam, Picea, eam quam etiam Picæam possumus appellare. Quarum partitio, præter colorẽ, & partium tenuitatem, talis esse potest ratione consistentiæ, quod ex ea ponderis diuersitas potissimum sumatur: vt vna partitionis extremitas, liquidas siue humidas vt Pinæam, liquidiores vt Abietinam, liquidissimas vt Laricæam obtineat; altera verò siccas siue duras vt Cupressinã, duriores vt Terebinthinã, durissimas vt Mastichẽ: Picæa fere in medio est, cũ liquiditate.n. valde spissa est, & picosa. Diuersitas autẽ ponderis, ratione scopi, affectus & formæ remedij, talis est. Si sumantur per se quæ liquidæ sunt,

vt Laricea,& Abietina à ℈.j.ad drach.ij.vel iij. exhibemus,cum dolorem leuare consilij nostri est,& detergere renes: si aluum subducere à ʒ. ij.ad ℥.ß.In emplastris, & vnguentis ab ℥.ß.ad ℥.j.vel plures.Nam cùm Emplastrum, vel vnguentum ex Viscosis, vel emplastricis conficiatur, sufficiet pauca quantitas liquidæ Resinæ, quæ efficit vt adhærere possit: si autem ex Oleis tantum, spissiores Resinæ eligendæ sunt, & in maiori quantitate constituendæ: si verò ex aridis,magis viscosæ Resinę eligi debent,& in largiore mensura.Augetur etiam,vel minuitur eorum quantitas pro scopi ratione. Nam si ad sedationem doloris medicamentum Acopum paretur, Abietina vel Laricæa imponitur ad plures vncias.In supperantibus, vel emollientibus vnguentis maior quantitas poni debet, quàm in sarcoticis, vel potius Mastiche,& Resina fricta, vel vulgo appellata Colophonia. De pice idem sentiendum, quæ cum ex iisdem arboribus,à quibus Resinę siccæ decidunt, trahatur, præparatione tantum ab iis differt; quòd Resina spontè fluat vulnerata arbore. Pix autē igne extrahatur. Ea duplex est: sicca,& liquida,quę licet alioqui commoda,& efficax ad multos morbos sit, & deportatu æquè facilis ac Resinæ liquidæ: hodie tamen, ignorantiane, an incuria Medicorum neglecta iaceat, magno ægrotantium incommodo,nescio.Ergo,cùm siccam solam

lam paſſim habeamus, tã in externis, quàm internis, in emplaſtris quam vnguẽtis, iiſque ſuppurantibus, vel trahentibus, & ſedantibus dolorem, & picationibus, meliori eſt vſui. In vnguẽtis, & emplaſtris vlcerum, Pix deraſa è nauibus magna quantitate vſurpari poteſt, quia potentius exſiccat. Omnium in externis remediis doſis ſtatuitur ab vnc. ß. ad vnc. j. vel plures. In internis quoque remediis, noſtri ruſtici Picẽ collocare ſolent, vt ad ſanguinem concretum diſſoluendum: qua in re tantum valet, quantum Mummia Arabum, ſi contrita in puluerem in ouo ſorbili exhibeatur: idq́ue pondere drach. ß. vel drac. j. Ea non minus vti poſſumus ad expectorationẽ, quàm liquidis Reſinis, eademq; doſi. In Eclegmatis eadẽ menſura, & quia Eclegma elingitur paulatim, & magna copia eius paratur, pro quãtitate remedij plus vel minus accipiatur: vt in vnguentis etiam faciendum, omnibus denique iis, quæ ad plures doſes præparãtur, & aſſeruantur.

De Oleis. Cap. XXVIII.

OLeum de genere internorum & externorum remediorum eſt, in cuius ſpeciebus magnæ diſſimilitudines reperiũtur propter Oleorum varietatem. Quo fit vt oleo non vna tantum debeat adſcribi menſura, ſed

ea diuersa pro natura eius quo vti volumus, & pro medicamenti forma, & scopo, vel aliorum quæ miscenda sunt, Oleum enim commune per se, vel cum aliis commixtum vsurpatur, vt in Clysteribus: quod si solum à libr. ß. ad libr. j. ß. iniici debet, pro corporis magnitudine, & ventris plenitudine. In Puero, & in tumore magno alicuius internæ partis, vt vteri, vesicæ, renum, & Intestinorum libr. ß. iniicitur tantùm. Verùm si venter vacuus, nec tumor aliquis obsistat, à libr. j. sem. erit opus, vt cùm etiam altius peruenire volumus. In sedatione doloris libr. j. sufficit, etiam si actio dependeat ab oleo potissimum. Miscetur interdum etiam vino, vel decocto, & tunc æquis partibus iniici debet ana. ℥ j. pusillo corpori, maiori autem ana. libr. sem. vt in colico dolore, ad doloris sedationem. Si ad durorum excrementorum emollitionem, vel ad intestinorum humectationem vtile sit, ad vnc. iij. poni debet. Idem de omnibus Oleis temperatis sentiendum est: vt de Oleo Chamæmelino, Amygdalarum, Liliorum, & Seminis Lini: aliorum verò Oleorum multum calefacientium tertia pars sufficiet supradictę dosis, vel dimidia, nisi morbus extremus esset, in quo licebit communem dosim vsurpare ad ℥. iij. Minuitur verò quantitas olei, quando ex decocto pingui clyster paratur, vel quando butyrum, vel axungia porci admiscetur. In exter-

nis

his verò remediis Oleum quod ſcopo, vel parti magis accommodatum eſt, imponitur & illinitur. Si autẽ vnũ tantum vſurpetur, nihil refert quam quantitatẽ pręſcribamus, modo ſufficiat ad partes inungendas. Quòd ſi diuerſa Olea cõmiſcenda ſint, ſeruanda eſt illa proportio, quã ſuperius monſtrauimus de aliis medicamentis, ſcilicet æquali proportione, ſi ex æquo conueniant, eſſe miſcenda, inæqualis autem, ſi non ex æquo, vt in augmẽto inflammationum, in quo ſolemus oleum Roſatum oleo Chamomeli admiſcere. In principio plus olei Roſati, & minus Chamomelini accipimus, deinde vice verſa, vt ſi primum tres partes olei Roſati, vnam Olei Chamomelini accipiamus, tandem vni olei Roſati tres Chamomelini miſcebimus. Si verò miſcentur cerę, vt melius adhęreãt parti, & ad continenda alia ne diffluant, pro ℥.ij. olei, Ceræ vnc.ſ. addimus, vt ſit quadruplum olei. Si fiat ex axungiis liquefactis, non minuenda eſt quantitas Ceræ, quia Axungia Oleo mixta non concreſcit. Si ex Seuo, quia conſiſtentiam habet terream, & ſpiſſam, minui poteſt quantitas Cerę: vt etiam ſi medulla animalium cornu gerentium adiungatur. Oleum in vnguentis, etiã ea proportione ponitur, vt addantur drachm. ij. cerę pro vnc. j. olei. In cerato vero ſeruant contrariam proportionem, quam in linimẽto: nam pro vnc. ſem. olei, Ceræ vetuſtæ, & duræ

vnciæ ij. adduntur. Nec mirum ſit, ſi ceræ in linimento, & vnguento eadem ponatur quantitas: quandoquidem linimētum prætereà Olea, Axungias, vel Reſinas liquidas, vel Butyrum, vnguentum præter ceram, pulueres recipiant vt plurimum. In emplaſtro aliquando æqualis mēſura Olei, & Ceræ, vel eius rei, quæ Ceræ vices gerit, datur. Si emplaſtrū fiat ex decoctione herbarū, radicum, vel ſeminum, pro libr. j. olei, M. j. herbarum coniici poteſt. Quo ſi in decoctione ſit aliquod viſcidum, vt radix Altheę, Ceræ quantitas minui poteſt. Subſtrahētur etiam ℥. aliquot à lib. j. olei, ſi in regione calida, aut tempore calido emplaſtrū paretur, aut aliqua Terebinthina imponatur, aut Lachryma liquida, vel Fel liquidius. Augetur autem Olei quantitas, ſi hyeme fiat compoſitio: necnon ſi Cerūſa, vel Lithargirium ſine aqua vel aceto diutius ſint decoquēda, abſumitur enim longa coctura Oleū: vt ſi Pix vel Colophonia Ceræ addantur: nam pro regione, fine, & tempore, & iis quæ admiſcentur vnà, Ceræ quantitas mutatur. Quare difficilimum eſt Cerę quantitatem certam, vel olei, imperare. Quod ſi emplaſtrum ſiccius redditum fuerit, ob admixtionem Picis ſiccæ, vel pulucrum aliquorum, Terebinthinę parū addere oportet, vel Cerę quantitatem augere, & Olei. Si verò Axungia aliqua addatur, olei quantitas eſt minuenda, vel Cerę quantitas augenda

ad dimi-

ad dimidium, additi. Eadem proportio seruanda est, cum iis quæ Ceræ vices gerunt, vt cum Propolide, & Ladano. Vt si sola Propolis miscẽda Oleo sit, & mollior, æquali vtriusque quantitate fiet: si verò siccior, & durior, minuenda quantitas Propolis, vel augenda quantitas Olei. Oleum in maiori quantitate ponendum, si metallicis aridis, vel acribus misceatur: quia hæc multum Olei ebibunt, tum vt eorum obtundatur acrimonia. Denique augendum, vel minuẽdum pro consistentia, vel natura miscendorum, vel pro fine, & scopo. Nam si ad sedandum dolorem, vel emolliendum, vel relaxandum plus olei: si verò ad constringendum, vel siccandum minus ponendum est.

De Ceræ dosi. *Cap.* XXIX.

CEra in externis, magis quàm internis collocari solet: quanquam non desint, qui pilulas ex cera cõficiant, & Dioscorides cum iure sorboli præcipiat, in vlceribus intestinorum. Non quælibet autem cera sine delectu est vsurpanda, cum aliqua sit, quæ arte paretur vt alba: & hęc, quia durior, ad excipiendos pulueres ponitur in masticatoriis. verùm in suffimentis, quando ex lignis, & aridis fiunt, flaua & pinguior. Earum dosis est quantum sufficit ad excipienda alia medicamenta. Eligitur autẽ

mollior:

mollior: in Ceratis, vnguentis, & emplastris, ad consistentiam, & liquidorum inspissatione, & hoc diuersa mensura, vt de Oleo dictum est, pro forma diuersa remediorum, & pro miscendorum materia, scopo, & intentione. In linimẽtis verò ad olea retinenda sufficit illa quantitas drachm. ij. ceræ pro vnci. j. olei. In vnguentis eadem proportio seruatur, vt dictum est, & insuper drachm. j. puluerum vnci. j. olei additur, spissat enim puluis, & vnguentum crassius reddit. In Cerato maior additur quantitas ceræ, potissimum si nihil ad inspissandum addatur. Sed hæc omnes ex præcedenti capite, cùm huius & illius separatũ difficilis sit doctrina, ob subiectorum conuenientiam, satis sunt nota.

De Aceto. *Cap. XXX.*

ACetũ in multis remediis internis & externis apponitur, vt in externis ad repellendum, vel ad penetrationem medicamentorum. Si autem ad penetrationem, sufficit guttas aliquot tempore inunctionis addere vnguẽtis. In perfusionibus capitis, aut irrigationibus, maior quantitas addenda, pro natura morbi, aut scopo. Nam si Oxyrrhodinum paretur ad dolorem capitis, vel ad phrenitim, aut etiam Nephritin, sufficit vnc. sem. pro vnc. iij. olei rosati. Si verò principio Lethargi, aut alterius

affectionis veternosę adhibeatur, vnci. j. sem. pro vnc.iij.olei erit necessaria, quandoquidem acetum sua acrimonia, & siccitate vigilias excitat, & sua partiũ tenuitate incidit, & attenuat. In inflammationibus verò, ad Oxycratum faciendum, vel Oxymel, vel sirupum Acetosum simplicem, tantum aquę aceto miscendum vt bibi possit. Quare relinquendum est iudicio pharmacopolæ: nam pro natura aceti plus aut minus aquæ additur, cum aliud alio sit accidius & acrius.

De Sacchar0. *Cap.* XXXI.

SAccharum, Mel, & Sappa, multorum remediorum materia sunt: ponuntur enim in medicamentis ad formam inducendam, vel ad suauitatem, vel ad conseruationem admiscentur: quare de singulis particulatim erit dicendum. Sacchari quantitas varia est pro fine, ceu scopo, & pro remedij forma, & pro natura eorum quibus admiscetur: alia enim quantitas in Sirupis, alia in Tabellis, alia in Pulueribus, alia in Opiatis, alia in Eclegmatis, constituitur. In sirupis quidem paratis ex amaris, acidis, & acribus ad maiorem suauitatem maior quantitas requiritur: multo maior, si ex succo paretur, vel diutius seruandus sit. Quod videre licet in sirupis de Buglossa, qui ex

Succi

Succi Buglossæ depurati lib. 4. Sacchari lib. 3. paratur. Si ex succo Apij, Fœniculi, & similium, æquali proportione miscetur Saccharum. Si verò ex succo efficaciore, & magis acri: in maiori quantitate poni debet, vt si ex succo Limonum, vel Citri instituatur sirupus, succi lib. j. ß. addere oportet Sacchari lib. iij. Si verò ex infusionibus florum aluum minimè soluentium, æquali mensura, vt si ex floribus Nenupharis componatur, & similibus. Si verò ex multis infusionibus florum aluum subducentium, & lenientiũ sirupus paretur, lib. j. infusionis superare debet quantitatem Sacchari, vt si infusionibus libr. v. ponãtur, Sacchari tantũ li. 4. adhibendæ erũt, ne vis purgandi impediatur, aut minuatur. In electuariis alia mensura obseruatur, proque natura miscendorum puluerum augetur, vel minuitur ipsius quantitas. Si puluis gratus sit, quales sunt cordiales, stomachici, & capitales intrinseci: drach. j. pulueris, Sacchari in aqua dissoluti, & cocti vnc. j. addimus. Si efficacior sit, & minus gratus puluis: maiorem Sacchari copiam admiscemus, ad gratiam. Si verò puluis ex purgantium genere sit, pro drach. j. sem. pulueris Sacchari vnc. j. imponimus, quod respondet rationi quæ est inter lib. j. Sacchari, & eam pulaerum quantitatem, quæ est ab vnc. ij. ad ℥. iij. In conditis additur Sacchari parum, si conseruæ odoratæ sunt, vt in conserua Rosarum,
violarum

violarum, & capillorũ Veneris. Si verò amarę, vt conseruæ florum Cichorij, Enulę campanę, si acres, vt Anthos, Stęcados, Saluiæ, drachm. j. conseruarum, In vnc. ß. Sacchari coniicienda. Quòd si ex conseruis, & pulueribus fiant: seruã da erit proportio pulueris, & Sacchari, habita ratione conseruarum; quod faciendum quoque est in tabellis paratis ex pulueribus, cõseruis, & aqua. In opiatis raro Saccharum ponimus, nisi fortè sirupus exiguo, vel iniucundo sapore sit præditus, vt ad confectionis suauitatem commendandę, sacchari adiectione sit opus. In Eclegmatis expectorantibus, & detergentibus ponitur in larga quantitate, quia per se conuenit affectui. In pulueribus acribus, vt ex Pipere, & Zinzibere, pro drach. j. pulueris ℥. j. Sacchari additur: in dulcibus vnc. sem. maximè quando Glycyrrhizam, aut anisum puluis recipit. Si verò ex insipidis, vt ex cineribus, vel cortice Cucurbitæ, paruam quãtitatem Sacchari imponimus, nisi quando dulcem facere volumus. Multum facit, ad quantitatem Sacchari conuenientem coniiciendam & decernendam, præter scopum remedij, etiam Sacchari natura. Nam in pulueribus capitalibus, & detergentibus, vt supradictum est, liberalius Saccharum additur, aut si humectãdum potiùs, quàm exsiccãdum: aut laxandum potiùs quàm constringendum. Quod autem natura sacchari augendam vel mi

nuendam

nuendam indicet quantitatem, inde est, quòd multæ sint Sacchari differentiæ. Est enim aliud Candum arte factum, aliud defæcatissimum & Candidum, aliud quod Rubrum dicitur, fæculentum, & ad mellis naturam accedens, aliud quod Rosatum tabulatum appellatur. Horum delectum habere oportet, & quantitatem augere vel minuere, pro eo quod erit opus. Nam Saccharum Candum, cùm extergẽdũ est, aut expectorandum, aut siccandum, eligitur, & minori quantitate miscetur, quia potenter id facit. Saccharum illud Candidissimum, defæcatissimumque, minus deterget, & minus siccat Saccharo Cando, minusque humectat, & deterget Saccharo rubro. Saccharum verò Rosatum tabulatum minus calfacit, magis siccat, atque plus constringit propter aquam rosaceam: quare in fluxu ventris, vomitibus, ac distillationibus sistendis conuenientius est. Tempus assumptionis quantitatem auget, vel minuit, vt & natura morborum. Nam si à cibo puluis præscribatur, minorem decet esse quantitatem Sacchari, vt si ad affectus Vteri, aut ad morbum flatulentum, aut ad vomitionem, nihil aut parum Sacchari addere oportet, vel Saccharum Rosatum tabulatum. In pulueribus autem, & in remediis sumendis ante Cibum, Saccharum candidum, vel candũ, in magna quantitate ponitur ad detergendum,

vel relaxandum. In morbis flatulentis parũ aut nihil, siue ante, siue post cibũ exhibeatur, quoniam flatus semper auget. In Clysteribus laxantibus, vel detergẽtibus Saccharum Rubrum ponitur ab vnc. ß. ad vnc. ij. vel ℥. iij. In Dysenteria verò Saccharum Rosatum tabulatum, vice Mellis Rosati, tutiùs coniicitur.

De Mellis quantitate. Cap. XXXII.

MElle vtebantur antiqui, antequam Sacchari sufficientem quantitatem haberent: verum posteaquam ratio copiosioris extrahendi Sacchari adinuenta est, factaque palata hominũ delicatiora, neglecto melle Sacchari vsum introduxerunt in multis remediorum formis, vt in Sirupis, Cõfectionibus, Eclegmatis, in aliis denique quamplurimis. Sunt enim eiusdem ferè facultatis, potissimum Saccharum rubrum & Mel, magis tamen deterget Mel: Saccharum verò suauius est, & aptius ad aliquas formas inducendas, vt ad electuaria sicca, & dura conficienda. Citiùs enim quàm mel, exsiccatur, & induratur, & siccatum, & induratum facilius dissoluitur, & masticatur. Sunt tamen quæ mel postulant potiùs, remedia aliqua: alia verò quæ Saccharum, alia Mel & Saccharum simul admittunt. Antidota cum melle paran-

le parantur, quorum descriptiones nobis ab antiquis relictæ sunt: quanquam nihil vetaret, et cum Saccharo vino dissoluto illa parare. Colica etiam cùm melle componuntur. Atque Sirupi aliqui cum eodem similiter, vt qui ad affectus pituitosos, quales sunt de Stęchade, de Artemisia instituũtur, & alij pectorales ex melle & Saccharo conficiuntur. Mellis porrò quantitas eadem erit, quæ Sacchari rubri, in omnibus, in quibus mel conueniet, vel ad dulcedinem inducendam, vt in amaris compositionibus, vel ad conseruationem, vt in conseruis ventrem veneremq́ue prouocãtibus, quæ melle potiùs, quàm Saccharo parari debent, vel quia sua facultate iuuat, vt in gargarismis, & aliis detergentibus remediis. Quidam verò contendunt, in Antidotis, & confectionibus, in libr. j. mellis, pulueris ℥. ij. esse coniiciendas. alii vnc. iij. alij ℥. 4. alij v. vel vj. Galenus vij. Sed tres posteriores doses efficaciora, & vehementiora remedia faciunt, prima autem debiliora, media igitur erit tutissima. Sed nos puluerum saporem, & odorẽ ęstimandum, discernendumq́ue esse ducimus: vt si puluis valde sit amarus vel admodum acris, ponatur illa magna quantitas, præterquam in cõpositionibus purgantibus, & Antidotis, in quibus materia non debet medicamenti vim extinguere, vel minuere, oportet enim Antidota vehementissima esse, ob morbi vehementiam: tũ

quia

quia his frequenter non vtimur. Adde quòd facilius est addere pulueri mel, quàm iam mixtum detrahere, vel puluerem Antidotis adiungere, cum mellis copia semper suppetat, pulueris non item. Quare pharmacopolę iudicio relinquendum est: nisi quãdo propter aliquas occasiones pharmacopolæ incognitas, religiosius dosim, & proportionem seruare volumus.

De Sappas. Cap. XXXIII.

SAppa in sirupis quibusdam pectoralibus, & compositionibus aliis frequenter ponitur: vt in compositione Diacodij apud Galenũ ex Sappa parata. Dulcis enim est, & detergentis facultatis, sed imbecillioris quàm mel: vnde fluxiones concitare minus potest. veruntamen eadem quantitatis præscriptione qua Mel, & Saccharum decerni debet.

De Metallicis, & Mineralibus. Cap. XXXIIII.

MIneralia hic voco, quæcunque ex terrę visceribus effodiuntur. Metallica verò quæ præterea possunt liquefieri concreta. Hæc omnia ponderibus diuersis designãtur pro eorũ efficacia, & acrimonia. Quę ergo parũ efficacia sunt, magna copia pscribi debent. Quę

autem possunt liquari, & emplasticam vim habēt, in emplastris vices materię gerere possunt, vt Lythargyrum, Plumbago, & Cerusa, quæ ab vnc.j.ad lib ß. vel libr.j.vel plures imponimus: Quæ autem summæ sunt efficacitatis à drac. j. ad vnc.j. Quæ verò acriora sunt ex sese, vel ob vstionem, minori rursus quantitate imponi debent: vt ærugo, æs vstum, flos æris, Diphryges ēt minori quantitate, vt à drach.ß.ad ʒ.ij. Quæ ex vstione acria sunt, si abluantur post vstionem, maiori copia erunt ponenda, quàm antea: si verò vsta fuerint, & non abluta, ad acrium mensuram reuocantur. Parum acria vt Plumbum nō vstum, sed longa trituratione in tenuē puluerē deductum, item Pompholix, Tutiah, Lythargyrum, Cerusa, denique quæ sine morsu siccant, à drac. j.ad vnc.j. ponuntur: possunt tamen maiori quantitate vsurpari. Mineralia verò vt Sulphur, Chalcitis, Alumen, Chalcanthum, Sandaracha, hęc omnia cùm sint acerrima, non nisi in fortioribus remediis sunt collocanda. Caustica, vt Sandaracha, Chalcitis, Calcanthum, & Chrysocolla à scru.ß. ad ℈.j. per se imponuntur: si verò mitioribus admiscentur ad drach. j. Realgal verò, quia acerrimum est, in externis tantū vsurpatur ad quantitatem grani ordei: Alumen verò, & Sulphur minus periculosa sunt, quæ si in internis ponantur à ℈.ß.ad ℈.j. si verò in externis a ʒ. ß ad drac.j. vel plures dari possunt.

De

De Argento viuo, & Sublimato. Cap. XXXV.

Argētum viuum quia efficaciſſimum eſt, diuerſa menſura præſcribitur: nam ſi ad deſiccationem tantum, ſiue prouocationem ſudorum, vt in ſcabie, vel pediculari morbo, ſufficit vncia ſemis pro vnciis iiij. vnguēti, cui admiſcetur: ſi verò ad ſudores mouendos, vt in morbo gallico non inueterato, & pro corpore tenui, vel debili ℥.j. pro 4. ſatis erit. In fortioribus verò naturis, & morbo inueterato, pro 4: j. aliorum quæ vnguentum conficiunt, ponitur ab ℥.j.ß. ad ℥ ij. ſublimatum menſuratur ad ʒ. j. vel drachm. ij. in externis remediis ſi ad deſiccationem tātum, & ad arroſionem, vt in carbūculo, vel in vlceribus putridis. Eadem quantitate accipietur ſi per ſe, & in ſubſtantia ponatur: ſi verò vnguentis addatur ad carnis putridæ arroſionem, pro vnc. j. vnguenti à ʒ.j. ad ʒ.ij. potiſſimum ſi Baſilyconi, vel aliis pinguibus, & oleoſis admiſcetur: quod ſi aliis vnguentis arrodentibus, minor quantitas addetur à G̈ v. ad G̈ vj. pro vnc j. aquæ, vel ℥.ß. vnguenti.

De Lapidibus. Cap. XXXVI.

Lapides diuerſis menſuris metimur, vt de metallicis dictū eſt: ſunt enim aliqui pretioſi, & rari, vt Hyacinthus, Saphyrus,

Smaragdus. Ii parua quantitate debent accipi, quia in exigua mole durissimam, & valde defœcatam materiam habent, obidque valde efficacem, ob efficacitatem autem solam id fieri certum est: cum fragmenta minus chara sint, quæ in pulueribus cordialibus ad vnam dosim, solent vsurpari tantum à scrup. sem. ad drac. j. Sũt aliqui efficaciores, quique acrimoniam quandã habent, ob id periculosi: vt lapis Armenus, & Cyaneus. Ij pro diuersitate scopi, & pręparationis ratione, alio atque alio pondere mensurantur. Nam si in cordialibus ponatur lapis Lazuli, vt in compositione Alkermes, vritur vt Chalcitis, & frequentiùs abluitur vt cadmia, & minori quantitate ponitur, quàm non vstus, & ablutus, & quàm in medicamentis purgantibus. quare in cordialibus à gra. vij. ad scru. sem. pro vna dosi. in purgantibus verò medicamentis à drac. j. ad drac. ij. ß. si per se, & vna dosi assumatur: in compositionibus maioribus, maiori copia, pro earum videlicet quantitate, vt videre est in confectione Alkermes, & pilulis de quinque generibus myrabolanorum, indis, & pillulis de lapide Lazuli, quibus admiscetur, ad purgationem melancholiæ, lotus tamen hi lapides sunt naturę Veratri, qui si in minima quantitate sumuntur, in ventriculo remorantur, eique exulcerationis labem inurunt, si in paulò maiori quantitate ventrem mouent, &

pur-

purgant, multamque vtilitatem præstant. Lapides verò nulla acrimonia præditi, vt lapis Iudaicus, & lapis Lincis à drachm. sem. ad drach. j. vel duas: magis enim pondere suo, calculos deturbant, quàm proprietate occulta, ob id, si tenuissimè terantur, & largiore quantitate bibantur ex vino albo, vel aqua graminis, aut aliqua substantia tenui quæ peruadat & deducat ad renes, magno vtiliq́ue erunt vsui.

De Terra. Cap. XXXVII.

TErra medicamẽtosa eo pondere mensurari debet, quo lapides: nam si acris sit, vt Ocra vsta, à scrupu. j. ad drachm. sem. alia autem quę siue acrimonia est, vt sigillata Rubrica fabrilis, Bolus armena, à drach. sem. ad drac. ij. Marina, sine quæ ex mari petuntur, si naturã lapidis referant, pondere lapidum, aut terræ mensurabuntur, vt Corallum rubrum, & albũ, Testæ Ostreorum, Concharum, Purpurarum, & Buccinarũ, Os Sepiæ & Mitulorum. Si verò marina acria sint, a scru. j. ad drach. j. vel drach. ij. ponuntur: talia sunt Alcyonij genera, & flos salis, ossa magnorum piscium, vt Siluri vel Lucij, quibus in puluerem retritis vtimur, necnon loco Spodij eorum cineribus, quorum pondus, cineres ossium eorum animalium, quæ in terra

degunt, imitatur à ſcrupu. j. ad drachm. ij.

De quantitate purgantium medicamentorum tam ſimplicium, quàm compoſitorum. *Cap.* XXXVIII.

QVantitatis medicamentorum iuſtũ modum præſcribere, arduĩ laboris eſſe ex ſuperioribus demõſtratum eſt. Id quod tamen lõge difficilius in compoſitis, quàm in ſimplicibus fuerit aſſequi. Si enim ſimplicia & incorrupta vitiataque non ſint, eundem fere ſemper euentũ nanciſcuntur. Compoſitiones autem nunc languidiorem, remiſſioremque, modo verò vehementiorem, & expeditiorem: propterea quòd vnius variç ſæpè deſcriptiones extant: aut diuerſç præparãdi rationes, aut ſimplicia quibus componitur, vel omnia, vel aliqua deprauata ſunt. Exemplo eſt Catholici compoſitio: in qua ſolent infiniti errores committi, vt prætermiſſione Polipodij, vel Sennç, vel Rhabarbari, aut alterius ſimplicium. Quæ autem apponũtur aut euanida ſunt, aut vitioſa, idque vetuſtate aut alia ratione: vt quod alia minus, magiſue trita ſint; propter quam diuerſitatem validiores, aut remiſſiores vires conſequuntur, vt de Azaro ſuperius dictum fuit, quod fortiter tritum vrinas mouet, craſſius ventrẽ deducit, alia incocta, alia minus cocta: ex quibus oĩbus im-

mutatur vis medicamenti cõpoſiti. Quare vtilius eſt ſimplicibus vti, quã malè præparatis cõpoſitionibus, poſſumus enim quod non licet in his, priuſquam parentur illa, eorum delectum facere: vt Rhabarbari, Mannę, Caſſię, Diacridij, eaque optimè præparare. Nos tamen, vbi ſimplicia aliquot fuerimus perſequuti præparatarum etiam compoſitionum communem doſim indicabimus, quam augere, vel minuere ex ſuperiorum obſeruatione licebit. De Rhabarbari quantitate, obiter antea cõſtitutum eſt, ſiue illud decoctum, ſiue infuſum, ſiue in ſubſtantia ſit adminiſtrandum: vt etiam de Eſulæ quantitate, Turbit, Agarici, & Polypodij, cùm de radicum quãtitate ageremus. Nũc de Diacridij, Scammonij, Colocynthidis, Mannæ, & aliorum medicamẽtorum doſi, agendum eſt. Purgantia medicamẽta, quæ ſua humiditate, & leniente vel emollien te vi, vel lubrico lentore aluum ducunt, vel ſua dulcedine, in magna quantitate adminiſtrari debent, vt ab vnc. j. ad vnc. j. ſ. talia ſunt Pruna, Sebeſten, Tamarindi, ſiue Oxyphænici, Muccillago Pſilij, Caſſia, Manna. Quæ verò ſua acrimonia vehemẽter purgant à ʒ ij, ad ʒ xij, decerni debent, vt Diacridium, Scammonium, Colocynthis, Euphorbium, & Elaterium. Quæ autem vel adſtringendo, vel quæ ſua ſubſtantia mediocriter aluum deducunt, vt Agaricus, Aloe, Myrabolani, omnia media quantitate dantur: ſed

quo certiores ſint ſtudioſi, vniuſcuiuſq; doſim ſigillatim explicabimus. Caſſiæ doſis, per ſe, & recentis, eſt à drachm iij. ad vnc. j. ſi per os ingeratur. Nam experientia ſæpè comprobaui, ſua nimia humiditate purgationis exuperantiá facere, vetuſtioris verò eſt ab vnc. ſem. ad vnc. j. ſem. vel vnc. ij. vt quibuſdam placet: & ſi talis quantitas mediocritatis modum excedere mihi videatur. Clyſteribus autem conuenienter ab vnc. j. ad vnc. ij. infunditur. Thamarindi per ſe, pro vna doſi à drach. iiij. ad vnc. j. vel vnc. j. ß. vſurpantur: non enim magis aluum deiiciunt, quàm pruna acida. In Apozemate verò bilem educente, aut aliis medicamentis permixti, ab vnc. j. ad vnc. ij. In ſirupo autem detergente, aut refrigerante à drach. iij. ad vnc. ſem. Myxa numero menſuramus, ſi integra ſint: in Apozemate quidem euacuante ad Pa. xx. in alterante verò ad Pa. ij. vel iij. Pulpa ſebeſten, ab vnc. j. præſcribitur ad vnc. j. ſem. Prunorum dulcium eadem quantitas eſt, ac Sebeſten. Acida pruna, eodem menſuræ modo, quo Thamarindi, decernũtur ſiue alterandi, ſiue alui deiiciendę gratia aſciſcátur: Si verò cum paſſulis, & ficubus deterſionis ergo conſcribantur, licebit id ad Pa. v. tantum propter eam rationem quam ſuperius attigimus. Myrabolani omnes diuerſis ſubſtantiis conſtant, ob id diuerſas habent facultates, purgant enim, & aſtringunt, & detergent, & Rhabarbarum,

barbarum. Quare ſeparandæ ſunt iſtæ ſubſtantiæ, pro diuerſa intentione, licet multo difficiliores ſint ſeparatu quàm in Rhabarbaro, quod rarioris eſt ſubſtantiæ, Mirabolani verò denſioris: quæ etiam aeream ſubſtantiam terreæ magis permixtam habēt, quarum ſeparatio, aut infuſione, aut leui coctione perficitur. Doſis ergo Myrabolanorum erit pro ratione compoſitionis, & materiæ. Kebulæ enim in ſubſtantia, pondere ʒ.ij. ad ℥.ß. decernuntur. Infuſę verò ab ℥.ß. ad ℥.j.ß. cum ſolæ ſumi debent. Indæ autē eodem cum ſuperioribus pondere fruuntur. Emblicæ verò cum Bellericis in doſi conueniunt: in ſubſtantia enim à drac. iij. ad drac. iiij. vel v. Infuſæ verò ab vnc. ß. ad vnc. j. præſcribuntur. Citrinarum autem quantitas, in ſubſtantia eſt, dra. ij: ad ʒ. iiij. Infuſarum verò à drac. iij. ad ʒ. x. Licet illarum per ſe rarus ſit vſus, niſi infuſarū & decoctarū. Dyſentericis enim, & aliis alui fluoribus tantùm, in ſubſtantia datæ, magna illa quantitate proſunt, idq́; in principio cùm corpus nulla adhuc euacuatione exinanitū eſt. Porrò Decoctis maior quantitas ʒ. j. quàm infuſis datur: propterea ꝙ vis purgandi euanida in coctione deperit. Aloe variò pondere recipitur: ſi .n. in pillulis materiæ locū ſuppleat, maſſam ab ℥.ß. ad ℥.j. ſubibit: in ſubſtátia verò pro vna doſi per ſe datur a ʒ.j. ß. ad ʒ.ij. in infuſione verò à drac. j. ad dra. iij. Et coquitur etiam à nonnullis ſed

lis sed id leuiter faciendum est, & in magna quã titate, si ad morbum gallicum præscribatur: propterea quòd facultate potentissimè exsiccan te præstat: hæc autem de non lota sunt intelligẽ da. Lota enim multò maiorem quantitatem, si ad alui subductionem detur, exposcit: si autẽ ad siccandum, vel corroborandum, minorem. Lotionem verò intelligo quæ fit ex aqua simplici, aut alio saltem liquore aluum minimè ducẽte, vt fit in pillulis Elephanginis, in quibus Aloe aqua odorata decocta sunt, abluitur. Si enim de cocto aliquo, aut liquore aluũ deiiciente ablueretur, vt in succo Rosarum, minuenda esset quã titas. Manna eadẽ quãtitatis pręscriptione qua Cassia decernitur. Sunt tamen qui hanc à drac. vj. ad drach. xxv. porrigant. Senna in substantia a drac. ij. ad vnc. sem. decocta autem a drach. iij. ad vnc. j. datur. Raro infunditur, quia mucillaginosam infusionẽ reddit. quare si infundi debeat, non diu, sed in aqua calida id faciendũ eadem quantitate qua decoquitur, si ad morbum gallicum imperetur, sola decoctioni Gaiaci ab vnc. ß. ad vnc. j. sem. infundi debet. Epithymi, & Cuscutę in substantia à drach. ij. ad drac. vij. in decoctione verò à drac. v. ad drac. xx. pondus est, & hoc hyeme fit. nam æstate minori quantitate danda, propter eorum acrimoniam, & desiccandi vim insignem. Lapidis Cyanei, & Armeni dosis dicta est inter lapides. Scammoniũ

pondere

pondere ʒ v.ad xij.per se præscribitur: Segnioribus verò vt stimulo sit additur, mensura granorum duorum ad ʒ v. Cæterum cum Diacridium antiquis esset lacryma, Scammonij cocta hodie verò sit scammoniũ coctum, maiori quãtitate vsurpari potest; quia eius vis & tenuitas imminuta est coctura in malo cotoneo, & ita imminuta aliquando, vt nihil ei supersit viriũ. Euphorbij quãtitas rectè ʒ .ij.aut iij.statuitur: quam tamen alij à gra.iiij.ad gr.xij.pręfiniunt. At nos priorem retinemus vt minus noxiam: cum altera immoderatè calefaciendo, propemodum vrat, & inflammet, & insuper stomachum vehementer subuertẽdo, in vomitionem dissoluat. Castoreo quòd viribus sit Euphorbio inferius, maior quantitas assignatur; vt quæ est gra. xij.Colocynthidis verò gra.xij.ad gra.xx.per se datæ ascribuntur; Quod tamen rarum est, cum ingratæ addendum sit amaritudinis, tantæque acrimoniæ & tenuitatis, vt exulcerationis labẽ partibus per quas permeat facilè inurat. Quo fit vt longè tutius sit, trochiscis alhandal vti: quos per se gra. vj.ad gr. xij.pondere præscribimus. Catholicum & Diaprunis simplex eo pondere simul comprehenduntur, quo Cassia, siue stomacho sit ingerenda, siue clysteribus infundenda. Diaprunis verò solutiui dosis est a drach. ij. ad vnc.sem.Diaphœnici, à drach.ij.ad.drachm. v. Electuariij de psillio, à drach.iij.ad drac. iiij.f.

Confectio-

Confectionis hamek, a drach. ij. ad vnc. sem. vel ad drachm. vj. Electuarij de succo rosarum, à drachm. ij. ad drach. v. Diacarthami, & Electuarij de Citro solutiui, eadem mensura à drach. j sem. ad drach. vj. Indum maius, à drac. ij. ad ʒ. vj. datur. Benedicta, & Hiera simplex a drachm. iij. ad drac. v. quanquam Hiera ab vnc. sem. ad ℥. j. dari possit: minus enim aluum ducit quàm Benedicta, Quòd verò ab aliquibus scriptis designata est illarum quantitas à drachm. j. ad drac. j. sem. hoc fortè de pillulis intellexerunt, vel de pulueribus, in quibus nihil mellis est quod molem augeat. Clysteribus enim infunduntur à drach. vj. ad vnc. j. sem. vel vnc. ij. quando aliis medicamētis admiscentur: sola autem vt in Nephritico dolore, ab vn. j. ad vnc. ij. in primo clystere. In aliis autem ad vnc. sem. tantùm propterea quòd simul aluum deiicit, & flatus discutit: in priore verò Clystere additū est, quòd initio fœces induratæ tantam quantitatem, vt educantur, postulent: Eductæ verò minorem: ne huius acrimonia dolor exacerbetur. Aliarum compositionum purgantium dosis erit similis compositionibus traditis hactenus: si eundem humorem proliciant, & eandem quantitatem Diacridij, vel Scammonij, vel Colocynthidis acceperint ab his. n. magna ex parte, designatur quantitas medicamenti purgantis.

De

De Dosi Pillularum. Cap. XXXIX.

PIllularum dosis ferè eadem est. Imbecillio- rum enim quarum segnior in agendo vis est, portio magna est imperanda. Cui non imparem fortioribus quas magni morbi tan- tùm postulant, sed fortè eadem audacter tribui- mus. Inter eas autem mediis mediam, quæ non multum tamen à maxima recedat. Pillularum imbecilliorum numero Elephanginas, de Hie- rà simplici, Sebellinas stomachicas compre- hendimus, quæ à scrupu. j. ad drachm. ij. deglu- tiuntur. Hæ tamen interdum quidem vna vel duabus horis ante cibum sumuntur, sed mino- ri quantitate, scilicet à scrupu. j. ad drach. sem. ne si magis mouerent. cibi cōcoctionem inter- pellarēt: post cibum autem, à scrup. j. ad drach. j. vel ij. Pillulæ porrò de Rhabarbaro, & Sine quibus, & de Hermodactilis, & aliæ quæ pau- cum Diacridij recipiunt, & quę ob magnam Myrabolanorū quantitatem, remissioribus sunt viribus, præscribuntur à scru. j. ad drac. j. vel se cundum Mesuem à dra. j. ad drac. ij. sed hę lon- gè à cibo deuorandæ. Paulò autem fortiores si- ue mediæ, quales sunt Aggregatiuæ, de Sarco- colla, de Agarico à scrupu. sem. ad scru. iiij. for- tissimæ verò & vehementissimæ vt pillulę de la- pide Lazuli, Lucis maiores, & minores, Fętidæ maiores, & minores, de Euphorbio, Cochię, In-

dę,

de, Aureę, & quæcunque Elleborũ, vel Colocyn thin, vel lapidem Lazuli recipiunt à ſcrup. j. ad drac. j. vel ℈. iiij. Hæc eſt hodie facientium medicinam, communis doſis: olim enim Galenus pilulas xv. dedit, pilularum ex Colocynthide, quarum pondus minus eſſe non potuit ℥. ij. Si tamen neceſſitas maximæ illæ quantitatis ſubſidium expoſcat, & deglutienti tantus pillularum numerus vna vice permoleſtus ſit, proderit has ad mediam, quæ maxima minimaque interiacet cõtrahere, addita tamẽ Diacridij vel trochiſcorum alhandal ea portiũcula, quę poſſit vires molis detractæ ſuplere, cui ſatisfacient gra. v. vj. vij. aut plura, ſi laborãtis vires tolerarę poſſint. Cęterum ſi validiſsimorum catapotiorum non plus quàm ℈. j. moroſitas & faſtidium ęgrorum imperare ſinat, plus Diacridij in bilioſis morbis, trociſcorum verò Alhãdal in pituitoſis addemus, & melancholicis, vel lapidis Lazuli tantundem. Animaduerte, fortiſsimarũ pilularum minimam quantitatem nos ſcrup. j. præfinire, quoniam minor ventrem magis exagitaret, & torqueret, quàm expurgaret: vnde plus offenſionis & incommodi corpori, quàm ab imbecillioribus vel mediis ſuccederet.

De Sirupis. *Cap. XL.*

SIruporum perfectè decoctorum non aluum ducentium excalfacientium, refrigerantiũ, humectantium, ſiccantium, lenientium, incraſſan-

crassantium, vel incidentium dosis designatur, à drac. vj. ad vnc. ij. cũ dupla proportione aquarum, vel decocti. Tales sunt sirupi Endiuiæ, Violaceus, Capillorum Veneris, de Bizantiis, & de Stœcade. Qui verò purgant, vt sirupus Rosatus solutiuus, Violaceus ex multis infusionibus, de Fumo terræ, de Cichorio compositus cum Rhabarbaro, de Epithymo, & de Thymo, hi omnes dantur mensura vnc. j. ß. ad vnc. iiij. si per se sumantur, cum aliqua quantitate aquæ affectui accommodatæ, vel cum decoctione congruente. Quod si decoctio de purgantium genere sit, Sirupi pondus & aquæ minui potest: tantum verò aquæ adhibendum quantum necesse videbitur ad sirupi spissitudinem diluendam, vt commodius bibi possit. Si decoctio, vel aqua iuuet aliqua ex parte actionem medicamenti, vel incidendo, vel attenuando humores, vel aperiendo obstructiones, aut ad alicuius vitij emendationem adhibeatur, quęlibet vncia sirupi semper aquarum vnc. ß. diluetur. Timenda enim est maior quantitas in medicamentis purgantibus, qa vomitionem excitant. Sirupus porrò rosatus solutiuus in principio febrium, & in affectionibus, in quibus obstructiones adsunt, aqua Graminis, & Capillorum Veneris diluitur. In affectibus verò pituitosis aqua Apij, vel Petroselini. In ventriculi autem vitiis æquali cum sirupo mensura decocti vel aquæ absinthij temperatur

ratur. In quo tamen aqua quàm decoctum cõmodior, quòd illa distillatione partes terreas, & crassas deposuerit. In affectibus capitis, & neruorum cum aqua Betonicę: vt in affectibus thoracis, cum aqua decoctionis Glycyrrhizæ, vel Hyssopi, commodè exhibetur. In decocto autem Mercurialis, vel Sennę in melancholicis affectibus, & cum purgationem validiorem molimur, æquali mẽsura bibitur. Cùm decocto verò Carthami quando pituitæ proliciendæ magis intenti sumus. Sirupus Papaueris ab vnc. ß. ad ℥. j. cum aquis lactucæ, & Violarum, aut Nenupharis, ęquali põdere datur, sine aliquo puluere cordiali, aut exsiccante: poteſtque dari talis quantitas etiam quando apponitur Oxyrrhodinum capiti, aut cùm naribus iniicitur narcoticum aliquod, aut cum abluuntur pedes decocto refrigerante, ea enim quantitas sufficit, eiusmodi remediis refrigerantibus, capiti appositis: sine medicamentis autem somnum conciliantibus extrinsecus appositis, dari potest ab vnc. j. ad vnc. iſ. Idque in summa necessitate, eique tunc addũtur pulueres cordiales à ℈. j. ad drac. j. vt confectio Alkermes in melancholicis affectibus, aut in iis morbis, in quibus calor natiuus lãguidus est, ipsiusque extinctionẽ pertimescimus. Diarrhodon Abbatis, cum nimiam ventriculi refrigerationẽ timemus. Diairis simplicis, cùm retẽtionem arteriæ expectorandę: aquam graminis,

cùm

cùm nimiam obstructionem: aut aquã Capillorum Veneris, vel tertiam partem sirupi eiusdem, cùm retentionem, vel nimiam incrassationem materiæ veremur. Aquæ violarum, & buglossæ, in omnibus affectibus addi possunt. Sirupus hic tanta quantitate cum magna præcautione, & præmeditatione dandus est: quia pharmacopolæ, hunc sirupum parant cum semine papaueris albi, & nigri, vnde in valde debilibus vel ętate, vel morbo, somnus profundus inducitur, natiuique caloris hoc est vitæ consequitur euersio. Sirupus in opiatis, & ad pulueres excipiendos, & ad dulcorandum, & vt efficaciores reddãtur, ponitur, sicut in electuariis, & potionibus cordialibus, Quare illis scopis accommodatiores vsurpantur, vt in opiatis, vel remediis ad melancholiam sirupus de pomis: in remediis pectoralibus, sirupus Capillorũ Veneris: in remediis ventriculi, sirupus cõseruationis corticum Citri, si promouẽda sit cõcoctio, & non cõstringendũ. Si verò constringendum, sirupus conseruationis Myrabolanorum, vt in læuitate, & relaxatione, ac dissolutione ventriculi, & intestinorũ accõmodatior erit: vel si fortiùs id præstandũ, sirupus de Cydoniis, & in capitalibus, sirupus de Stœcade. si ad Venerẽ extimulandam, sirupus conseruæ radicum Iringiorum, vel Zingiberis, vel Satyrionis, vel Nucum conditarum. quantitas horum est, quod sufficit ad excipien-

da reliqua in opiatis. In potionibus verò cordialibus, aut aliis, dosis est vnc. sem. vel vnc. j. Siruporum expectorantium, & inspissantium, si eclegmatis modò delibantur, quãtitas erit cochlear vnum: si verò bibantur, vnc. j. vel vnc. ij. vt superius de sirupo de papauere dictum est: nisi quòd expectorantium liberalior vsus minus est quàm incrassantium vsus periculosus. Expectorantes sunt sirupus de Hissopo, de Glycyrrhiza, de Marrubio. Inspissantes autem, sirupus de Papauere, de Iuiubis, Violatus. Sirupus de Papauere qui summè id facit: de Iuiubis mediocriter, de Violis debiliter: quare augẽda erit dosis, pro eorum efficacia, & rei necessitate.

De Oxymelite. Cap. XLI.

OXimel aliud simplex est, aliud compositum: compositum autem aliud aperiẽs, aliud euacuans, aliud detergens. Oxymel porrò omne eadem quantitatis designatione præscribitur, qua sirupi, qui illi viribus respondent. Quapropter illud quod simplex dicitur, eandem mẽsuram cum sirupo acetoso sortitur, quæ est vnc. j. ad vnc. ij. in pręparantibus remediis. In potionibus verò ad vnc. j. vt in prouocãtibus vrinas, & comminuentibus calculum: In iis verò in quibus eclgmatis modò lambendo delibari debet, mensura cochlearis. Oxymeliti autem

ti autẽ detergenti, vt ſcillitico, & prçterea diure tico eadem menſura aſſignatur quæ ſuperioribus. Illud vero quod ad purgationem inſtitutũ eſt, quale Iuliani eſſe dicitur, ſiruporum purgan tium norma bibitur, cum aquis, aut decocto, ſi craſſius ſit: Sine iis autem ſi dilutius: vt de ſiru pis ſtatutum eſt.

De pulueribus. Cap. XLII.

PVlueres cordiales, ſtomachici, cerebrales, pectorales menſuram adipiſcuntur, efficaciæ ſuæ, aut formç remedij in aquã aptam tur, aut iis quibus admiſcentur, aut ſcopo, aut ſuç denique prçparationi congruam. Pulueres omnes qui ſuauiores ſunt, iuſculo vel aqua aliqua excepti pondere ſcrup. j. ad drach. j. bibuntur, vt puluis Diamargaritonis frigidi, Diaſantali, Diarrhodon abbatis, Aromatici roſati. Efficaciores autem à ℈. ſe. ad ſcru. ij. vt puluis Dia camarõ, de gemmis, puluis confectionis Alker mes in forma opiatæ, pluſquam in tabellis, & conditis. Si verò ex vino dentur, vel aquis effi cacioribus, qualis eſt aqua vitç, id parciore doſi fie ri debet, quia celerius ad cor peruadunt, & mirum inducunt effectum. Pulueres cordiales ſua uiores, in potionibus cordialibus à dra. ſem. ad drac. j. cum vnc. iiij. aquarum, & vnc. j. ſiru. ſumuntur. Si verò potionibus ad humectandum,

vel refrigerandum, vel conciliandum somnum adhibeantur dra.sem.sufficiet, modo absque sirupo de Papauere dentur, propter quem, illorũ mensura tutò augeri debet ad drac. j. ad reprimendum illius maleficium. Verùm cum aliis sirupis, & aquis, tanta quãtitas humectationis, vel refrigerationis actionẽ eneruaret. In Eclegmatis, & pectoralibus remediis ponuntur pulueres Diatragacanthi, incrassantibus à drach.j. ad drach.iij.In expectorantibus leniter, Diairis simplicis à drac. sem..ad drac.j. vel ʒ.ij.Diairis salamonis, à scru.ß.ad ℥.ß.aucta vel imminuta mensura pro forma remedij.Pulueres instaurãtibus adduntur ea proportione, qua in opiatis: vel pro ℥.j.decoctionis Capi,puluerum cordialium ʒ.j.imponimus.

De Confectionibus. *Cap. XLIII.*

CONfectiones cordiales etiam eadem ferè quantitatis mensura designantur, qua & pulueres: nisi quòd paulò maiore,ob sirupum illis additum, vel saccharum, vt confectio Aromatici rosati, & cõfectio Alkermes. Talium ergo dosis erit à scrup.j. ad drach.j. vel à scrup.ij.à drac.j.sem.Et si confectioni Alkermes vna eademque semper non possit assignari, cũ finis in quem dirigitur diuersus, variaque eius præparatio, variam exposcat. Quo fit vt

que

quæ ex lapide Lazuli vſto parata eſt, ad virium corroborationem a ʒ.ß.ad ʒ.j.dari poſſit. Cum in eadem cauſſa non poſſit niſi à ſcrup. ſem. ad ſcrupu.j.tantum, modo etiam nullus fluoris alui metus ſit, ſi ex eodem lapide lauto tantum, non autem vſto conſtet. At ſi ventris ſubductionem moliamur, & vaporum melancholicorum impetum a corde arcere, vt in affectibus quos atra bilis profert, fieri conſueuit, à drac.j.ad ʒ.ij.cum ſirupo violato, vel Bugloſſę, vel Capillorum Veneris, & eorum aquis miniſtrabitur: & hoc etiam in ſtatu morborum acutorum, cum medicamenta purgantia, ſine periculo decerni non poſſunt: tuncque potius cum ſirupi violacei vnc.j.vel vnc.ij.datur, quam cum alio quolibet; tum quod purgādi habilitate omnino orbatus non ſit: tum quod etiam ſua refrigerante vi confectionis acrimoniam temperare, & hebetare poſſit. Cuius etiam impetum ſegnius, lentiuſq; progredientem iniecto clyſtere veluti ſtimulo proderit incitare. Huius. n. cōpoſitionis ea vis eſt, vt ea pōdere pota ventrē moueat: nā lapis Lazuli, ablutione nō deponit prorſus ſuā acrimoniam, nec etiam purgandi aptitudine orbatur, quam maxime retinere pilulę de lapide Lazuli, & Indę, & de quinque generibus Myrabolanorum demonſtrant, in quibus etiā ablutus ponitur, & pulueribus paratis eo lapide ad purgandum. Eam ob rem cū tantam purgandi

vim, huic compositioni inesse deprehendet, Ioannes à falco, huius Academię Decanus eruditissimus, & prudentissimus, nulla vnquam ratione potuit adduci, vt alui fluore laborantibus citra offensionem, præscribi posse existimaret. Quin grauiter increpabat coętaneos suos, quos in eiusmodi affectionibus, confectione Alkermes vti intelligebat. Ego autem superioribus annis, vidi archidiaconum Valentiæ, canonicũ huiusce vrbis, in dysenteriam incidisse ob nimium, & frequentem vsum huiusce compositionis. Quod autem maius põdus detur vstulati, & loti, quàm loti tantùm: id ea ratione fit, quia sola ablutio, in insitam, & ingenitam acrimoniam parum vel nihil potest agere, imò ea vstione tantùm tolli potest, ex qua id empyrematis, quòd secundo cõtrahitur, ablutione, sæpius iterata, sine dubio tolli poterit. In Hispania necnon apud nos in quibusdam officinis adhuc paratur sine vstione: quod adhuc antiquorum erroribus sint addicti. Sed si quis hoc modo præparatam habere velit, duplicem habere debet, vnam ex vsto, alterum ex non vsto lapide compositionem. Cõfectio de Hyacintho in quibusdam locis paratur, æqualiq; pondere datur quo confectio Alkermes, vel etiã maiori quòd eius vsus tutior sit & minus periculosus in quibus conuenit.

De Trochiſcis. Cap. XLIIII.

TRochiſcorum alij Palato gratiores, alij prorſus moleſti ſunt. Alij Cauſtici & vrẽtes, alij non vrentes: alij efficaces, alij inualidi, alij cum Opio, alij citra opium compoſiti. Sunt & qui foris tãtum adhibentur: & qui intrò recipiuntur, Qui aluum ſubducunt, & eãdem qui ſiſtunt, Qui ſunt ἀναϛομάτικοι, hoc eſt venarum ora recludentes & reſerantes. Quæ alij item obſerare, & occludere deprehenduntur. Si grati ſũt & minus efficaces, & ſine Opio, Et intus ſumendi eorum ʒ. ß. aut drac. j. pro vna doſi tantum ſufficiet: vt trochiſcorum de Bolo & de Terra ſigillata. Quod ſi nulla omnino ſaporis gratia guſtui ſint commendabiles vel magis efficaces, aut Opium recipiunt à ſcrup. ß. ad ſcrup. j. menſuram eorum præſcribere tantum licebit. Eiuſmodi ſunt, Troc. de Rhabarbaro, de Eupatorio, omneſque etiam illi, quos veteres ad affectus Renum, & Veſicæ, cum Opio deſcripſerunt. Ex quorum numero ſunt Trochiſci Alkekengi. Quod autem ad Trochiſcorum foris admouendorum menſuram attinet eam à ʒ. ß. ad dra. j. vel ad ij. circunſcribi poſſe dicimus, modò Cauſtici non ſint. Talium enim ſi exulceratæ parti ſint adhibendi, maior quantitas eſt vitanda. Ea tamẽ audacius admittenda cum ab

iis tantum cutis attingi debet. In qua etiam cũ magna ſit pro ratione partium perſonarumque diuerſitas, ab ea rurſus augendæ minuendęvè acrium & cauſticorũ Trochiſcorum quantitatis indicatio alia ſumitur. Cutis enim capitis quàm colli partiumque aliarũ delicatiori molliorique cute conueſtitarum maiorem, atque etiam ſana quàm quæ abſceſſu obſeſſa pars eſt, pateretur menſuram. Sic etiam hominum qui in regionibus frigidioribus degunt, vel eorum qui vitæ inſtitutum laborioſum perſequuntur Cutis, maiorem perferre poſſe videtur. Accidit verò interdum, vt partem aliquam Trochiſcis iſtis aperire oporteat, in qua ſi magna ſit apertura facienda, maior quantitas: Si verò parua, minor ſanè requiritur. Trochiſci porro, in vniuerſum exceptis cauſticis raró per ſe, & Trochiſcorum formam ſeruantes vſurpantur. Diſſoluuntur enim, aut in puluerem rediguntur vt potionibus, & Opiatis, Colliriis, vel vnguentis conficiendis accõmodentur. Tantumque iis addendum, vel detrahendum, quantum natura eorum quibus admiſcentur, poſtulare videbitur. Si enim cum Sacchara vel cum Sirupo ſuaui grati ſint ſumendi, largior illorũ quantitas conuenienter addi poteſt. Soli cæterum Trochiſci, ad fumigia, & cauteria inſtituti ſuã figuram ſeruant & retinẽt, in eaque quantitate quam volumus, vſurpantur. Cuius gene-

ris sunt Trochisci Galliæ, & Aleptæ muscatæ. Non vrentes autem Trochisci extrinsecus apponendi, & absq; Opio à ʒ.ß.ad ʒ.j. rectè præscribi poterunt.

De Eclegmatis. Cap. XLV.

Eclegmata parata vsurpantur sine certa quantitate: imperantur tamen ad vnc.iij. vel vj. præscribendo, vt sensim transglutiantur, lambendo quantum baculo glycirrhiziæ delibari potest. Si autem ex diuersis paretur eclegma, quæ non ex æquo conueniant, tunc nõ æquali portione permiscentur: sed illius semper maiorem quãtitatem vsurpamus, quòd scopo fuerit magis accõmodatum. Idem sentiendum de electuariis, de pulueribus, emplastris, vnguentis, opiatis, & ceratis, omnibus denique compositionibus. Quarum quantitatem, tantam deinde imperamus, quæ sufficiat necessario vsui, pro tempore quo opus erit. Verùm, cum minus certi erimus de ęgrotantis facilitate in assumendis remediis, vel quando morbi mutationes celeres habebunt, melius erit minorem quantitatem imperare, ne dum eorum iactura fiet, in cassum nimiæ impensę sequantur.

De Clysteribus. Cap. XLVI.

Clysteres, nõ vna, & eadem quantitate imperantur, aliquando maiore, interdum minore. Quantitatis autem modum colligimus ex corporis magnitudine, & ventris plenitudine, & à morbo, & à scopo. In proceris corporibus, & inanitionibus magis intestinorum, imperamus lib. ij. iniectionis, vt lib. j. ß. decoctionis sit, olei verò, vel succorum lib. ß. sic vt omnia adimpleant quantitatem lib. ij. In maximis, & giganteis hominibus, exceditur etiam illa quantitas. At in affectibus qui cũ fluore iuncti sunt cùm volumus intestina eluere, & iniectionem citò reddi, videlicet cùm detergere tantùm opus est, eam maximam quantitatẽ imperamus, quo melius omni ex parte intestina illa iniectione detergantur, & eluantur, quæ est ad lib. j. sem. vel lib. ij. Id etiam obseruatur in vlcere detergendo, quod præsertim altiora intestina obsedit. In aliis autem affectibus, quibus diutiùs clysteres retineri oportet, minorem quantitatẽ imperamus. Maior enim facultatem expultricem statim proritaret, nec proin de se satis diu retineri pateretur. Quo fit vt lib. ß. decoctionis iniicienda sit, aut libr. j. tantùm, in doloribus colicis, & nephriticis, & in magna excrementorum plenitudine, & inflammatio-

nibus

nibus ventris inferioris & tumoribus, & in grauidis, & difficulter respirantibus, & quando affectus in vltima parte recti intestini est, At in Enterocele multo minor, ne iniectio ad scrotū descendat, quod valde periculosum est, quare si cogamur clysterē præscribere paruam iniectionis quantitatem imperamus. In aliis hernię speciebus nihil est periculi. Idem intellige faciendum, cum aliquod iusculum nutritionis gratia iniiciendum erit. Tunc enim iniectum omnino retineri necesse est. Similis est puerorum ratio, quorum clysteres eadem vel minore quantitate contenti sunt. Olei porrò, & medicamentorum purgantium quę in clysteribus recipiuntur quantitatem, cùm superius edocuerimus, nihil est, quod huic de clysteribus doctrinę, addendum iam restet.

De Antidotis Colicis, & Arteriacis. *Cap.* XLVII.

ANtidotis, & Colicis remediis, & arteriacis ferè omnibus Opium admiscetur: quare dosis alia statuitur recentium, alia antiquorum. Recētia autem antidota dari possunt à scru. sem. ad scru. ij. antiqua verò à drac. sem. ad drac. j. vel duas, idque in morbis in quibus conueniunt. In venenis autem, præcautionis ergo, fabæ ægyptiæ magnitudine, Galeni

præcepto

pręcepto deuorari debent. Epoto autem veneno quantitate quadruplo, vel quintuplo maiore,& bis in die, vt multo medicamenti vſui veneni pernicies tandem percellatur. Præceptor Galeni morſis à cane rabido recenter, cochleare magnum dabat: iam diu verò ante morſis.gen minata menſura, coclearia bina exhibebat.Maior enim quantitas medicamenti, inueterato quam recēti,& præſenti, quam imminenti, vel incipienti morbo debetur.Pillulæ ad catharros ex Opio, qa ſolidiore forma ſunt, & diutius in ventriculo remorantur, dabantur à gra. v. ad gra. xv.idque tantum expirato ſex menſium ab illarum præparatione ſpatio, & in corpore robuſto,& forti. Hic notare oportet antiquos, & recentiores,etiam metitos eſſe medicamenta,vt plurimum, mole vt magnitudine fabæ ægyptiæ,& nucis ponticæ. Id autem ſimiliter facimus,cùm ruſticis vſum medicamentorum imperamus, dicimus enim Opiatas ex Caſſia, & Catholico ad nucis quantitatem accipiēdas eſſe:cordialium opiatarum ad fabæ, vel caſtaneæ magnitudinem: puluerum cochlear vnum, vel ij. vel iij. Hoc autem fit cum non poſſumus habere pondus paratum, proinde eam molem medicamenti imperamus,quæ pōdere iuſto reſpōdeat. Hæc ſufficiant de quantitate ſimplicium, & compoſitorum medicamentorum: ſupereſt vt de collocatione eorum in remediis componendis

nendis

nendis aliquid dicamus, ad eiusque theor mi-
tum probationem, aliquas antiquorum præſcri
ptiones ſubiungamus, ne à nobis præcepta hæc
prorſus conficta exiſtimentur.

De ſimplicium medicamentorum collo-
catione. Cap. XLVIII.

EXplicatis, & indicatis hactenus doſibus tam ſimplicium, quàm compoſitorum medicamentorum, de eorum in præſcriptis faciendis ordine ſeruando, aliquid dicere, facturus operæ pretium mihi ſum viſus: vt qđ aliqui longo vſu, & trito olfecerunt forſan, ſi id facere non didicerunt, à quibus autem rationibus exordium haberet, non viderunt, vt neque ſibi certi eſſe de re tā vtili, neque alios aliquid artis in ea docere potuerint vnquam, alij autem omnes, vt maxima pars, etiam alioqui docti, maximo cum ægrorū incōmodo ignorarint prorſus, ego & theorematibus in vniuerſum fulcitem, & peculiariter demonſtrarem. Theoremata autem duo, mihi ſunt hac in re ſpectanda, quorum vnum, & magis neceſſarium, vt imperitiæ iuniorum pharmacopolarum ſubueniatur, à bene præparandi ratione deſumetur: alterum à quantitate, vel dignitate medicamentorum, tam ſimplicium, quàm compoſitorum, quæ ratione compoſitionis faciendæ, ſimplicium

cium conditionem præ se ferunt. Ad primum veniamus, illudque ità constituamus. Quæcunque accuratiori, & longiori præparatione eget, ea priorem locum debent obtinere, hoc est si quid difficilius trituretur, infundatur, coquatur aut misceatur, prius triturationi, infusioni, coctioni, mixtioni est mandandum: quod vt indicetur inter trituranda, infundenda, coquenda, miscenda, prius scribatur. Si autem infundendorum, vel coquendorum, vel miscendorum vnum aliquod, breuiori infusione, vel coctione, vel mixtione egeat, & preterea trituratione, hoc postponatur duplici de causa, vna quę iam dicta est, altera, vt dum alia infunduntur, vel coquuntur, vel miscentur, hoc triturari possit: sicq; nulla fiat temporis iactura, cuius metu sæpenumero pharmacopolæ, tanto cũ scelere, omnia perturbant, vt eorum quæ minus coquenda sunt, sæpè vis prorsus deperdatur nimia coctione cõtra ea quæ longissima coctione egent, cùm eorũ vis à mediocri etiam erui non possit, quanta necessaria est, non extrahatur. Quod idem in aliis præparandi formis euenit. Quam rationem hodie à quamplurimis, dicam, empiricis, negligi apparet, qui infundunt simul, & decoquunt Gaiaci rasuram, Santalos, Cinamomum, Sennam, & alia multa, quorum vel ea quæ sunt odorata, & laxantia vim suam amittunt, vel alia nõ satis decoquuntur, vel vtrũque cõtingit. Secundũ

Theorema

Theorema, est, vt ea, quæ maiorem sui quantitatem toti compositioni tribuunt, & nobiliora sunt, priorem sedem occupent, quod est erutum ex præscriptis antiquorum, qui in componendis medicamentis hoc solum spectarunt, tantũ excipientes ea quæ materiæ vice, aliquando in fine colloquantur, vt videre est in descriptione pillularum de hermodactylis, apud Mesuem: recipiunt enim primo ordine Hermodactylorũ, drac. v deinceps alia in mediis sedibus sequuntur, pro maiori, & minori quantitate: tandem Aloe, quia materię vices gerit, ad drach. x. ponitur. Idem factũ est in pillulis Sebellinis, in quibus Spica nardi ponitur in prima sede, ob quátitatem, & nobilitatem. In Aromatico rosato maiore ex descriptione Gabrielis, Rosæ in prima sede positæ reliqua copia superant. Idem in antidoto Philonis, apud Mesuem, Piper album, & Hyoscyamus, obtinet: in qua compositione manifestè apparet ordo medicamentorum seruandus secundum maiorem, & minorem quãtitatem, ita vt maxima quantitas primo loco ponatur, minima verò vltimo, cum Piperis albi, & Hyoscyami hic recipiantur ana. drach. xx Opij drac. x. Croci drach. v. Spicæ, pyrethri, castorei an. drach. j. In Theriaces descriptione hoc palã fit: sed quia ea est longior, vtque mos antiquorũ melius innotescat, non me tædebit separatim, finito hoc capite, eam transcribere, & crassa Mi

nerua

neruæ excutere doses, cum alibi exactè eius castigationem, & rectum componendi modum, proprio opusculo, tradã, & daturus sum, Deo præstante, aliquando. Verùm, vt ad rem præsentem redeamus, animaduertendum est antiquos, posteaquam ita collocatione petendæ à sola quantitate addixissent, vidisse demũ, rationem præparandi, & in hac re ordinem esse apprimè necessarium, coactósque fuisse multa verborum congerie explicare, quod ipse in scribendo ordo indicare potuisset, & is mos eos excusauit in magnis compositionibus faciendis, cùm neque forsan solus ordo satis id indicasset. Sed cùm in illis, quæ ad horas præscribuntur, hoc fieri non liceat, neque etiam ipsi fecerunt in iis, quæ nobis scripta reliquerunt, nisi admodum paucis: in eo, quod mox dicturus sum, totus collocationis cardo vertetur, vbi annotauero, antiquos minus bene, & comptè fecisse, qui aliquando dosim medicamẽtorum, quorum idem ordo erat, diuiserunt, vt in Theriaca videre est, Rosarum siccarum drac. xij. Iridis illiricæ drach. xij. cum per ana, quod sic notatur, ana, vno numeratore designare potuissent. Nec mihi minus ridendi, qui idem hodie faciũt, nisi id præparationis ratione fiat, videntur. Igitur, secundum theorema priori adiungentes, hunc ordinem in præscribendo constantissimè obseruemus, vt primo ordine collocemus ea, quæ longiori egent præpa-

ratione, in hoc autem rursus id consideremus, vt eandem præparationem postulantium ea primùm ponantur, quæ maiorem copiam requirunt. Eandem præparationem, & quantitatem requirentium, & mensurandi modum, vt libr. vel vnc. vel M. vel P. ea prima collocentur, quæ commoditate, aut nobilitate aliqua præstant. Sicq́ue fiet, vt manum præscriptionibus admouentes, nullo pacto hæreamus mente, ab hoc ne, vel illo ordiendum sit: sed, cognito scopo, medicamentiq́ue proprietate, & nobilitate, statim ab eo quod opus est, initium faciemus: id quod erit vice materię, siue vnum, siue plura id faciant, si in eo vel coctio, vel infusio, vel mixtio sit facienda totius compositionis, primum omnium: si autem infusum, vel decoctum, vel tota mixtio iam facta, ei sit adiungenda, vltimum, quantæcumpue sit copiæ, & quantitatis collocemus. Quod vt exemplo aliquantulum illustremus, id petamus à re quę est frequentior, videlicet plantarum partibus: vt cùm earum radices duriori sint substantia, & magis cruda, longiorique decoctione, & trituratione egeant, proinde in prima sede ponantur, pręcipuè quę aperiũt, & incidũt, tum Ligna non odorata, & Cortices: deinde Folia herbarũ: tertio loco Fructus: quarto Semina: vltimo Flores, & quęcunq; sunt odorata, vel laxãtia, qđ facit vt radices inde patiãtur exceptionẽ, laxãtes. n. pri-

mo loco nō ponũtur. Deniq; rō præparationis tãtum poteſt, vt nihil tã generale adferri poſſit, quod frequenter non patiatur aliquid peculiaris, & ſingularis doctrinæ: vt ſi quid ad alicuius medicamenti meliorem, vel faciliorem actionem faciendam, vel caſtigandam adhibeatur, cuiuſcunque ſit quantitatis, id quod habet caſtigandum illico ſequatur neceſse eſt, vt eius vis non niſi caſtigata, & melior facta ne tantillum quidem extrahatur. vt Zinziber, & Sal gemmæ, mox poſt Agaricũ, ſpica, & Cinamomum poſt Rhabarbarũ: Caſtoreum Crocus, & Myrra poſt Opium, & ſic de ſimilibus.

Theriaces Deſcriptio.

Recipe.

Paſtillorum ſcilliticorum.	℥.xlviij.
Paſtillorum theriacorum.	an. ℥.xxiiij.
Magmatis hedicroi.	
Piperis longi.	
Opij.	
Roſarum ſiccatum.	an. ℥.xj.
Scordii Cretenſis.	
Seminis Napi.	
Iridis Illiricę.	
Agarici pontici.	

Cina-

Cinamomi.
Dulcis Radiculæ ſucci.
Oppobalſami.
Mirræ.
Croci.
Zinziberis.
Rhapontici.
Rad. quinque folij.
Nepete.
Marrubij.
Petroſelini.
Stęcados. ān. ʒ. vj.
Coſti.
Piperis albi.
Piperis nigri.
Dictamni Cretenſis.
Floris iunci odorati.
Thuris.
Terebinthinæ.
Caſſiæ fiſtulæ.
Nardi Indicæ.
Polij Cretenſis.
Seſeli.
Stiracis.
Seminis Apij.
Thlaſpi. ān. ʒ. iiij.
Ameos.
Chamędrios.
Chamepitheos.

Succi Hippociſtidos.
Malabatri.
Nardi Gallicæ.
Rad. Gentianæ,
Seminis Aniſi.
Meu Atamantini.
Seminis Fœniculi.
Terræ Lemniæ.
Chalcitidis toſtæ. } an. ʒ.iiij.
Amomi.
Acori Rad.
Phu pontici.
Fructus Balſami.
Hiperici.
Acaciæ ſucci.
Gummi arab.
Cardamomi.
Seminis dauci.
Galbani.
Sagapeni. } ân. ʒ.ij.
Oppopanacis.
Bituminis Iudaici.
Caſtorei.
Centaurij tenuis.
Ariſtolochiæ tenuis.
Mellis attici. lib.x.
Vini falerni, quantum ſufficit.

Primum, id animaduertendum eſt quod in pri ma acie eſt poſitum, eſse in maxima quâtitate:

id

id autem factũ fuit fortè, quòd medicamentum ex Scilla ſcopis magis conuenit, facta enim eſt hæc compoſitio primum ad venena, & morbos contumaces, & diuturnos, ſed Trochiſci de Scilla venenis frigidis manifeſta qualitate aduerſantur, item puncturis, & morſibus venenatorum animalium. Nec minus valet ad humorum cõtumaciam: tales enim morbi ſunt à craſſis, frigidis, & viſcidis humoribus, vel in remotis, & profundis partibus ſitis, ad quas cauſas valet potiſſimũ Scilla incidendo, attenuãdo, & altas partes penetrando, digerendoq; humores craſſos. In ſecundo ordine, Trochiſci Theriacales, & Magma hedychrois, Cinamomum Piper nigrum, vel longum, ſed longum magis conuenit, & deſcriptio quæ legitur apud Galenum ad Piſonem, & apud Auicennam longum habet, tum deſcriptio carmine ſcripta, conuenit enim magis Antidotis longum, ſi Dioſcoridi credimus. Hæc omnia cum trochiſcis de Scilla, & ad venena, & ad morbos contumaces, conueniunt. Opium autem in hac deſcriptione, vt præcedentia ad drach. xxiiij. ponitur: quia hęc compoſitio ad dolores ſedandos parata eſt, vnde nomen ſibi γαλήνη, quod tranſcribunt latini galene, comparauit, quia tranquillitatem adferat: & propter vim Opij, & ad veneni præcautionem, & ad curationem facit, vt ex Galeno colligimus. Valet enim theriaca, eodem

teſte, cùm recens eſt ad venena: cùm verò antiqua ad morbos diuturnos. Quod ſi recens valeat ad venena, id fit propter vim Opij, quę maior eſt in recenti, quàm in antiqua. Et mihi placet Ioãnis Shironij ratio noſtrę Academiæ Cãcellarij eruditiſſimi, qui dicebat Opium additũ iſtis magnis compoſitionibus, magis eſſe ad vires calidorum medicamentorum conſeruãdas. Calida enim, & quæ tenuium partium ſunt, cõtinuò exoluuntur ab ære, ambiente qui ſemper agit in medicamẽta. Quare cum tot ſint in hac compoſitione calida, & anodyna fortiſſima eſſe debeãt: nemini mirum eſſe debet, ꝙ ad ʒ.xxiiij. opiũ poſuerint. Hãc rationẽ nõ norunt, qui ex Tryphera magna Opiũ expungunt, ẽt ſi ad affectus vteri præſcribatur. Nã ſi tantopere narcotica verẽtur, cur Mandragoræ corticẽ nõ expũxerũt: non.n. minus vtero ſua frigiditate aduerſatur, quàm Opium. Sed hos miſſos faciamus, & ad reliqua veniamus. Iris Illirica, & Glycirrhiza, Oppobalſamum, Roſæ aridæ, Scordium, ſemen Napi, vel rapæ agreſtis, quod magis conuenit, vel quia minus aduerſantur venenis, vel minus conueniunt quàm ſupradicta, vel ad meliorem actionem tantum adhibentur, doſim habẽt dimidiam ſecundæ doſeos, vt ſecunda primæ item eſt dimidia, ſcilicet ʒ.xij. Quę ſequuntur drac.vj. recipiunt, hoc eſt dimidium præcedentis doſis. Quæ ſequuntur hanc, eadem quanti-

tate ponuntur: sed censeo omnia iungenda quę eiusdem sunt quantitatis: alioqui sunt duæ classes eiusdem ponderis in eodem medicamento, quod ridiculum, vt iam dixi. Quinti verò ordinis pondus est drac. iiij. quia quæ ponuntur in hac classe, partim ingrata, partim cara, partim efficacissima sunt: quare si præcedentium copiã essent secuta, maior eorũ quãtitas fuisset quàm par erat. Chalcitis enim suo odore, sapore, adstrictione periculosa est, alia autem sunt efficacia valde calfaciendo, vel adstringendo, quare minori quantitate posita fuere. Quòd si pręcedentem progrediendi modum secutus fuisset, prioris dosis dimidium sumendo, minor iusto quantitatis fuisset assumpta, ob id non drac. iij. sed drac. iiij. posuit. Quæ sequuntur, vel quia fętida, vel suo sapore, vel consistentia ingrata ad drac. ij. ponuntur dimidium scilicet proximè, præcedentium: sunt autem semen Dauci, Bitumen, Oppopanacum, Castoreum, Centaureum minus, & Aristolochia, hæc efficacissima sunt, & ingrata: quare minima quantitate, & vltima sede ponũtur. Vnde apparet illius theorematis veritas, quo docebamus efficacissima, & ingrata, & cara, & scopo minus conuenientia, in parua quantitate esse imponẽda. Quod autem Mellis lib. x. ponat, ostendit illud theorema verum esse, quod de materia remediorum diximus, nempe materiam vel quę materię vices gerunt, quã-

titate reliqua medicamenta superare debere. Quod vinũ addiderint sine quãtitate, id factũ fuit, quia quantitas indicari non potest: ponenda proinde ea erit, quę necessaria est ad diluendam medicamenti spissitudinem. Mel enim inspissat, cõseruat, & dulcorat tãtũ: & quia aliquãdo crassius, aliquãdo liquidius, aliquãdo ẽt plus vini, aliquãdo minus imponimus. Quare nemini mirũ esse debet, si semper vini, mellis sirupi Sacchari, olei, & cerę, quãtitatẽ nõ annotemus, sed quod sufficit dicamus. Hic pręterea notare oportet, herbas pondere mensurari: quia siccæ vsurpantur: itẽ radices, fructus, flores, semina, & lachrymas etiam põdere Chalcitis semiusta in hoc remedio ponitur, quanquam inter venenosa annumeretur, valet enim ad fungos. Multa etiam alia hic annotare possem, quę in castigatione huius nobilis cõpositionis docuimus. Sed quia hęc pręter institutũ sunt, silentio prætereo: poterunt enim commodius in officina pharmacopolarum, quam paramus, doceri. Itaque huic libro finẽ imponemus, qui erit vice Proœmij illis, quos de formis remediorum tã internorum, quàm externorum post hunc mox Deo propitio, sumus daturi.

FINIS.

FORMVLAE REMEDIORVM, QVIBVS vulgo Medici vtuntur.

Authore Petro Gorræo Bituricensi.

Remediorum nomina quæ hodiè in vsu sunt medicinam exercentibus:

1 Suppositorium.
2 Nodulus.
3 Pessarium.
4 Clyster.
5 Syrupus simplex siue vsualis, & Syrupus magistralis.
6 Iulep.
7 Dosis siue Potus.
8 Bolus.
9 Pillula.
10 Apozema.
11 Mulsio.
12 Puluis.
13 Electuarium.
Lozēga. Manus Xp̄i.
Opiata.
14 Conditum. Conserua.
15 Pasta regia, siue marciopanis.
16 Lohot, siue Eclegma.
17 Balneum, & Semicupium.
18 Epithima, siue fomentum.
19 Sacculus.
20 Scutum.
21 Cataplasma.
22 Emplastrum.
23 Vnguentum.

Linimen-

24 Linimentum.
25 Frontale.
26 Cucuta, & Semicucufa.
27 Suffitus.
28 Collyrium.
29 Nafale fiue errhinum.
30 Apophlegmatifmus.
Diftillatum reftaurantiuum.

Quibus modis remediorum quantitas difpenfetur.

Herbæ difpenfantur manipulis: quorum nota eft. m.
Flores pugillis: quorum nota p.
Radices granis, fcrupulis, dragmis, vncijs, libris: quorum nota Ġ. ℈. ʒ. ℥. ℔
Liquores } eodẽ modo quo & radices.
Pulueres }
Fructus, numeris. j. ij. iij. iiij. v. &c.

Ordo in decoctionibus obferuandus.

Radices primo in decoctionibus ponantur, quoniã maiore egent coctione quàm reliqua. Secũdò femina, Poftremò flores, quia nimia coctura vim fuã, quæ aeria eft, amitterent.

De quibufdam fimplicibus quæ fuis nominibus non appellantur, fed tantum vniuerfalibus.

Remo-

Remolitiuorum nomine intelliguntur ista.

Malua,
Bismalua, siue Althæa,
Violaria,
Parietaria,
Mercurialis,
Achantha,
Brancha vrsina,
Beta.

Radicum aperitiuarum nomine intelliguntur.

Radices Apij.
Petroselini,
Brusci.
Asparagi,
Feniculi.

Florum cordialium siue communium nomine intelliguntur.

Flores Violarum,
Borraginis,
Buglossæ.

Semina, quorum pręcipuus est vsus, duplicia sunt. Calida, & frigida, & vtraque similiter duplicia, maiora scilicet, & minora.

- Semina
  - Calida
    - Maiora
      - Anisi.
      - Feniculi.
      - Carui.
      - Cumini
    - Minora
      - Dauci.
      - Apii.
      - Ameos.
      - Amomi.
  - Frigida
    - Maiora
      - Cucurbitę.
      - Citruli.
      - Melonum.
      - Cucumeris.
    - Minora
      - Portulacę.
      - Scariolæ.
      - Lactucæ.
      - Endiuiæ.
      - Acetosæ.

Herbarum capillarium nomine intelliguntur.

Capillus veneris.
Ceterac.
Polytrichon.
Adiantum.
Scolopendria.

Supposi-

Suppositorium. I.



VPPOSITORIVM est remediũ solidum, oblongum, & rotundũ, quod ano inditur, vt sphincterem irritet, & facultatem expultricem incitet ad vacuationem excrementorum.

Vtimur suppositorio tribus maximè de causis. Prima est stercoris educendi gratia, quod cũ in recto intestino existat, clysterem non requirit. Secũda, quando vnus vel duo clysteres prius iniecti non redeunt per aluum, vt in colicis doloribus accidit. Tunc enim clysteres alios indere periculosum est. Tertia est propter ægroti imbecillitatem, qui multò facilius glandem, quàm clysterem admittit.

Suppositorium fit ex melle cocto tantisper dum crassescat, & inspissetur. Melli nonnunquam sal communis admiscetur, sal gemmæ, stercus muris, agaricum, vel hiera simplex, si magis volumus stimulare, & irritare.

Exemplum vbi stercus educere volumus.

R. suppositorium ex melle: quod si debilius existimas, quã vt feces mouere possit, subiungã.

R. suppositorium commune ex melle acutũ

cum

cùm ℥.ß. ſalis communis, vel ℈.ß. ſalis gemmæ, vel ℈.ß. ſtercoris muris, vel ℈. 1. vel ℥.ß. pulueris hierę ſimplicis.

Fiunt etiam ſuppoſitoria ex ſapone albo, ſeuo, lardo, candela, caule betæ, vel Mercurialis, aut earum radiculis melle perunctis, aut intinctis in oleo, & reſperſis ſale pulverizato, maximè pro pueris, & infantibus, quibus & ſalis grumus inditus ſufficit.

Suppoſitorium ad lumbricos.

℞. Thymi vel cyclamini, vel abſynthij, vel abrotani triti in mortario, ℥.j. vel ℥.j.ß. quod ſe mellis cocti, quod ſufficit: fiat ſuppoſitorium.

Valent & ſuppoſitoria ad paralyſin: Ex pyrethro, pipere, napy, centaurio, bitumine, panacis radice hyſſopo, galbano mixtis cum reſina ſicca, aut pice, & cera.

Suppoſitorium ſit longum digitos ſex, vel ſeptem, vel octo: ſit & rotundum.

Suppoſitorio non vtimur in hemorrhoidibus, & reliquis ani tumoribus.

Nodulus. 2.

NOduli ſunt, qui ab Aetio dicũtur. Conueniunt his qui rhagadas aut cõdylomata in ano habent. Hæc enim glãndium duritia irritãtur. Quamobrem cogimur floccis illorum loco vti. Eſt autem eorum mate

ria

ria eadem quæ & glandium. Trita cum melle, & flocco excepta inditur intra anum. Est autem is nodulus optimus, & suauissimus, qui ex sale, & vitello oui in panno aut lana exceptis in formam fabæ fingitur, & mittitur in anum filo appensus, vt possit extrahi.

Pessarium. 3.

EST medicamentũ quod molli lana aut alia simili re exceptum intra mulierum naturalia conditur. Figura simile est suppositorio, nisi quòd longius, & crassius est, quia vtero imponi debet.

Fit ex cera, aut panno, aut bombace, aut linamento, primum demersis in vnguẽtum, vel medicamentum conducens curationi, deinde inuolutis serico, filoque appẽsis, vt possit facilius educi.

Imponitur ano, & vtero, ad vtriusque sedandas inflammationes, & vlcera: Priuatim verò vtero ad menses prouocandos, & secundas, vel si ad sistendum immodicum menstruorum profluuium, vel ad remolliendam vterorũ duritiẽ, vel reliquos vteri morbos curandos,

Ad sedandam inflammationem.

R. Pessarium: mergatur in vnguẽto Rosato: mittatur

mittatur in locum. Huic autem aliquando additur Opium, vbi ſcilicet inflammatio magnũ dolorem facit. Opium enim ſua frigiditate ſtupefacit. Sed parua eius quantitas debet eſſe, vt à ſemiſcrupulo ad ſcrupulum vnũ, & paulo tempore retineri, ne à frigido pars quæ neruoſa eſt, & membranoſa, lædatur. Teneatur ergo horæ ſemiſſe.

Ad ſiccanda vlcera.

R. peſſarium merſum in vnguento Pompholygos, mittatur in anum, vel in vuluam dolentẽ.

Ad euocandos menſes.

Peſſaria pro euocandis menſibus aliter fiunt. Medicamenta enim excipiuntur in panno ſerico, tenui, & raro, vt ſãdalo, & fit forma craſſior, quæ penem referat, vt. R. hierę picre compoſitæ vnc. j euphorbij, pulpæ colocynthidos ana. ſcrupi. ſem. miſce: fiat peſſarium, vngatur oleo nardino, vel ſucco herbarum menſes prouocantium.

Talia peſſaria fiũt ſæpè ex herbis cũtuſis mẽſes prouocantibus, vt. R. mercurialis, vel nepitę, vel artemiſię, vel abrotoni m. F. teratur, & inuoluatur in panno ſerico: fiat peſſarium.

Si menſtrua induruerint cum tumore, & dolore, fiat prius balneum. Id enim mollit, & humectat. Debet etiam prius ſubduci aluus, & veſica

ſica exonerari, quia matrix eſt illorum media. Hęc enim oppleta, & matricem prementia poſsent mẽſes nimia anguſti a cohibere, & tardare.

Si immoderatius menſtrua profluant, ſic fiat.

R. peſſarium merſum in vnguento comitiſsæ, mittatur intra matricem vel ſic.

R. plantaginis, vel centinodiæ, vel rubi, vel myrti, vel alterius menſes ſiſtentis, M. f. teratur, & inuoluatur in panno ſerico: fiat peſsarium.

Ad emolliendam vterorum duritiem.

Peſsi emollientis fieri poſsunt ex medulla vitulina, & ceruina, reſina, terebinthina, adipe anſerino aut ſuillo, gummi ammoniaco diſsoluto in aqua.

De Clyſtere ſiue Enemate. 4.

CLyſter ſiue enema, eſt medicamenti genus, quod liquidum intra inteſtina iniicitur per anum. Vtilis eſt ad hæc octo.

1 Molliendum aluum duritia cohibitam.
2 Irritandum vim execretoriam ſopitam.
3 Vacuandos humores qualeſcunque.
4 Ventoſitates carminandas.
5 Dolores ſedandos.

6 Adſtringendam aluum.
7 Tergenda inteſtinorum vlcera.
8 Conſolidanda eadem.

Addi etiam poteſt ad alterandum, vt hic.

R. lactucæ, ſcariolæ, roſtri porcini, foliorum ſalicis an. M. j. florum violarum, nenupharis, an. P. j. fiat decoctio ad lib. j. In colatura diſſoluātur caſſiæ fiſtulæ vnc. j. olei violati, & nenupharis an. vnc. j. ſem. camphoræ ſcrupu. j. fiat clyſter.

Clyſter mollitiuus.

R. quatuor remollitiuorum, parietariæ an. m. j. radicis altheæ, liliorum alborum an. ℥. j. ſeminis lini, fenigræci, aniſi an. ℥. ß. ficuum pinguium numero iiij. fiat decoctio ad lib. j. In colatura diſſolue caſſiæ fiſtulæ, mellis violati, butyri recentis an. ℥. j. olei violati ℥. iij. fiat clyſter.

Itē mollitiuus clyſter prædictis deficientibus ſic fiet.

R. olei tepefacti lib. j. fiat clyſter. Vel ſic.
R. olei, butyri recentis, an. lib. ß. fiat clyſter.

Clyſter irritans vim ſopitam.

R. quatuor remollitiuorũ an. m. j. ſeminis car-

thami ℥.j.anisi, fœniculi, carui, an. ʒ.iij.fiat decoctio ad lib.j. In colatura dissolue hieræ simplicis, vel benedictę, vel diaphęniconis, vel electuarij de succo, vel electuarij indi maioris ℥.ß. mellis despumati, vel succi squillæ ℥.j.vel salis cõmunis dra.ij. vel salis gemmæ ℈.j. aut ʒ.ß.

Clysteribus additur à nonnullis ℥.j.succi betæ ad aluum stimulandam, vel succi betæ, & caulium an. ℥. ß. salis communis ʒ.ij. vel ʒ.j.ß.ad mordicãdum, vel minus, certo tamen pondere pro sensu ægri facili vel difficili.

Item talis clyster irritans excretoriam facultatem optimè fit ex solo melle, vel melle cũ succo squillæ, aut aliquo decocto.

Quòd si virtus expultrix cum duritie fecum est torpida, & sopita, tunc fiat clyster partim ex remollitiuis, partim ex irritantibus.

Clyster vacuans humores.

Clysteres qui vacuandis humoribus fiunt, variantur penes humorum differentias. Nam vbi humor est crassus, frigidus, afficiens intestina, fiet sic.

R. quatuor remollitiuorum an. M. j. camomillæ, summitatum anethi, origani, calamẽthi, abrotoni an.M.ß.anisi, carui, cumini, ameos, seseleos an.℥.ß.baccarum lauri, seminis rutæ an. ʒ.ij.fiat decoctio.In colatura disolue catholici

& diaphœnici an. ℥. ß. vel diaphœnici, vel benedictę ʒ. vj. vel amborum an. ℥. ß. sacchari rubri, mellis anthosati an ʒ. iij. vel vnc. ß. olei anethi, & camomillę, an. quar. ß. vel olei rutę. ℥. j. olei anethi vnc. ij. vel olei liliorum vnc. ij. Fiat clyster. Si ventositas adsit, addes carminatiua, si dolor, anodyna, vt postea exemplis patebit.

Si autem biliosus humor, & mordens clystere educendus est, tunc clyster fit ex euacuantibus eum, & partim mixtis inflammationem sedantibus, vt.

R. maluæ, bismaluæ, violariæ, parietarię, endiuiæ, cichoreę, lactucę, portulacæ, an. M. j. si tãta opus sit frigiditate, quatuor seminum frigidorum maiorum conquassatorum an drac. iij. vel ℥. ß. hordei integri P. j. fiat decoctio ad lib. j. in colatura dissolue cassiæ fistulæ, sacchari cõmunis an. vnc. j. vitellũ oui vnũ vel duos, olei rosati, vel violati, vel cõmunis q. j. fiat clyster.

Si ab humore melancholico pendeat talis passio, sic fiat.

R. quatuor remolitiuorũ, foliorum buglossę, borraginis, summitatũ anethi, lupuli, fumiterrę an. M. j. melilo. camomillæ an. M. j. seminis carthami, polypodij quercini an. vnc. j. anisi feniculi an. vnc. ß. fiat decoctio. In colatura dissolue hierę rufi, quę nõ est in vsu, vel cõfectionis hamech

mech vnc.ß. vel catholici vnc.j. ſacchari rubri vel mellis roſati, vel violati vnc.j. olei anethi, liliorum, & violarum an. vnc.j. fiat clyſter.

Clyſter ad diſcutiendas ventoſitates.

R. maluæ, biſmaluæ, parietarię, origani, calamenti, camomillæ, ſummitatũ anethi an. M. j. aniſi, carui, cumini, feniculi an vnc.ß. vel ʒ.vj. baccarũ lauri, ʒ.iij. vel vnc.ß. ſeminis rutę. ʒ.ij. vel iij. fiat decoctio. In colatura diſsolue benedictæ vel diaphęnici vel electuarij indi maioris, quo hic nõ vtimur, vnc.ß. Confectionis de baccis lauri ʒ.iij. vel vnc. ß. ſacchari rubri vnc. j. oleorum anethi, chamomillę, rutę an. vnc.j. fiat clyſter.

Hiſce cliſteribus ad diſcutiendas vẽtoſitates oleũ nucum ſalubriter imponitur, imò ex tali oleo fit clyſter. Inſuper vinum maluaticum Galeno cretenſe dictum cum tali prędicto clyſtere rectè miſcetur.

Signa cõtentorũ in inteſtinis flatuũ ſunt frequentes crepitus, qui fiunt quoties bullę in inteſtinis rũpuntur. Fit aũt bulla, vt docet Galenus particula ij. aphoriſ. Strangulati nondum mortui &c. ex aere clauſo cum humore.

Clyſter ad dolores ſedandos.

Doloris ſedandi gratia multifariam fit clyſter.

ſter. Si cauſa ſit humor calidus erodens, exemplum prius datum eſt per frigida, vbi agebatur de clyſtere ad vacuandos humores. Si autem à cauſa frigida eſt dolor, ibidem etiã datum eſt: à ventoſitate datum eſt vltimum. Si ex pluribus cauſis fiat dolor, fiat clyſter ex multis, quæ obuiant iſtis cauſis. Verum vbi doloris cauſa non ſatis conſtat, ſic fiat.

R. florum camomillæ, meliloti, ſummitatũ anethei, an. P. ij. fiat decoctio in lacte. In colatura diſsolue ſacchari albi, quia rubrum mordax eſt, & ſtimulans, ℥. j. ß. vitellos ouorum ij. olei anethi camomillæ an. q. ß. fiat clyſter. vel ſic.

R. olei camomillæ, anethi & violati an. ℥. iij. fiat iniectio per clyſterem. vbi autem talibus oleis caremus, fiat ex oleo oliuarum ad quarta. iij. vel lib. j.

Clyſter adſtringens.

R. lactis vſtulati quartari. iij. vel libr. j. amili ſiue amydi ʒ. ß. vel ʒ. j. ad ſummum. gummi arabici vel dragacanthi vel amborum parum vſtulatorum an. ʒ. ß. vel ʒ. j. vel ʒ. ij. boli armeni ſanguinis draconis an. ʒ. ij. olei roſati, & camomillæ an. ℥. j. ß. fiat clyſter.

Si verò calidus humor erodens in inteſtinis eſt, aduerſus eum talis clyſter fit.

R. ſuccorum plantaginis, arnogloſsæ, centinodię,

tinodię, portulacæ depuratorum (depurantur autem coctione aut residẽtia) omniũ vel vnius horum quantum sufficit pro clistere, addendo de pulueribus prędictis: cũ illis iisdẽ oleis fiat clyster.

Item vbi necessitas adest, tunc clysteres fieri possunt ex decoctis illarum herbarum, vel ex aquis distillationis earundem, addendo aquam rosatam, vt

R. Aquarum arnoglossę, plantaginis, rosarũ, portulacæ, cẽtinodiæ, quod sufficit. dissolue aliqua ex prædictis.

Notandum quòd in prædictis decoctionibus quandoque adduntur semina, & fructus stiptici modò acetositate careant, quia tunc pungerent, & irritarent. Possumus igitur immiscere semen myrti, acetosę, portulacæ, plantaginis, iuus cupressi, hipposelinõ, id est caudam equinam, & similia.

Notandũ insuper olea nunquam imponenda clysteribus si intestina vlcerata sint, vt in dysenteria vera, quamuis multi id negligant, ignorantes oleum esse vlceribus inimicum, vt tradit Galenus 3. & 4. methodi. Vinum autem esse maximè amicum. Adstringunt coagula leporis vel hędi ad ʒ.iij. sorborum, prunellorum, mespillorum, cydoniorum an. ℥.ij. plus aut minus.

Clyster ad detergenda vlcera intestinorum.

R. hordei integri P. ij rosarum rubrarum, camomillæ, si dolor adsit, plantaginis an. P.j. fiat decoctio. In colatura dissolue mellis rosati ℥.j. vitellum vnius oui vel duorũ ouorum, fiat clyster.

Talis autem clyster dandus est semper ante adstringentes, & consolidantes: cuius rei ratio in promptu est.

Clyster consolidans vlcera.

Clyster consolidans fit vbi tunicę intestinorum non excernũtur, quia hoc est letale, & ideò non est opus clystere, sed sufficiet prognosticũ. R. succi plantaginis, arnoglossæ, portulacæ an. vnc.iij. boli armeni, sanguinis draconis, amili an. ʒ.j. ß. seui hircini vel caprini ʒ.j. vel vnc. j. ß. vel vnc.ij. fiat clyster. Quia verò seuum hircinum probè dissolui non potest, sed fere semper concrescit intra intestina egrorum, ideo potest & debet dissolui cum modico olei rosati, neque inde metus esse potest propter vlcera.

Item vnguenta consolidantia, vt est vnguentum album quandoque liquantur & miscentur, maximè vbi vlcera sunt vicina, vel in crassioribus intestinis.

Ex lacte etiam loco succorũ probè fiunt clysteres

steres ob partem eius casealem, quæ adstringit, & consolidat. Nonnunquã & in his & in astringentibus clysteribus vitelli ouorum ad duritiẽ coctorum dissoluuntur.

De Sirupis. 5.

SYrupus est medicamentorũ succus cũ saccharo aut melle eliquato decoctus ad ipsius sacchari mensuram. Hic duplex ponitur à practicis, simplex qui vsualis dicitur, & compositus, qui appellatur magistralis. Simplices siue vsuales sunt Syrupus rosatus, violatus, de endiuia, de nenuphare, capilli veneris, de absynthio, de mentha, oximel scylliticũ, syrupus de eupatorio, de epithimo, & de bizãtiis. Dicuntur aũt simplices nõ tam ꝙ vno simplici medicamento cõstent, quàm ꝙ ad vnam ægritudinẽ, & vnum vsum instituuntur Syrupus magistralis vocatur qui compositus est ex variis medicinis respiciẽtibus varias ægritudines. Verbi gratia si quis componeret syrupum ex absinthio, & stęcade sumptis in æquali quãtitate resultaret syrupus conueniens stomacho propter absynthium, & capiti propter stęcadẽ Est autẽ syrupus vtilis digerendis ante euacuationẽ humoribus vt scilicet facilius, & felicius pharmaco euacuatorio pareãt. Iõ solẽt à multis medicis ante pharmaca dari, quãuis nusquã legerimus id obseruasse ve-

teres, ſed omnem humorum coctionem naturæ comiſiſse. Vide comment. aphoriſmi, 9. lib. 2. Corpora cùm quiſpiam purgare voluerit, oportet fluida facere. Hoc autem volebat Hippocrates, dicens, concocta medicari atque mouere, nõ cruda. Et Galenus ad Glauconem libr. j. de cura tertianę nothę non vult abſynthium dari ante diem ſeptimum. Videtur ergo ſyrupi ſecundũ veritatem deberi magis reliquiis humorũ poſt pharmaca, quàm eorũ coctioni. Verum id obſeruant plures, vt humores craſſi, lenti, & viſcidi ſirupis attenuantibus, & incidentibus præparentur euacuationi (hoc enim vocant humores digerere) frigidi verò, & adhærentes calidis, & incidentibus, & detergentibus præparentur ſyrupis. Vt ad materiam pituitoſam qualis eſt in febre quotidiana digerendam, & præparandam eductioni.]

Syrupus digeſtiuus materiæ pituitoſæ.

R. quinque radicum aperitiuarum mundatarum, & temperatarum in aceto per horas quatuor an. ℥. ß. vel ʒ. iij. vel corticum quinque radicum origani, calamenthi, hyſsopi, betonicæ, chamedrios ann. M. ſem. aniſi, feniculi, ann. drachm. ſem. paſſularum mundatarum drach. iij. ſtecados vtriuſque an. P. j. fiat decoctio. In colatura diſſolue mellis optimi quartaria iij. ſacchari albi ℥. iiij. fiat ſyrupus perfectè coctus.

Capiat

Capiat tria cochlearia cum duplo aquæ liquiritiæ, vel cum ptiſana, vel cum aqua paſsularũ, vel aniſi.

Ad tenues, & mobiles humores ſyrupus.

Tenues, & mobiles humores euacuationi præparantur quibuſdam incraſsantibus, & motum cohibentibus: qui ſi ferantur ad vias expulſionis, vel in viis & ductibus, per quos excretio eorum aptè fieri poteſt, cõtineantur, ſine aliqua præparatione vacuandi ſunt. Si verò extra hęc loca contineantur, frigidis ſyrupis ęquabũtur, quorum formula ſequitur.

Syrupus ad incraſsandos humores.

R. ſyrupi de portulaca, acetoſæ, endiuiæ, nenupharis, de ribes, de berberis, de agreſta, cydoniorum, roſarum, vnius vel plurium ℥. vj. vtatur cum duplo aquę fontis coctæ.

Fiet etiam commode forma iulep in hunc modum.

R. ſyruporum roſarum, portulacę & acetoſę, an. ℥. j. ß. vel ℥. ij. aquarum roſarum, arnogloſſæ cichorij, vel endiuię, vel portulacę, vel acetoſę, an. ℥. ij. aquæ coctæ vel vitulatę, maximè ſi adſit alui fluor, ℥. vj. fiat iulep clarificatum, & aromatizatum cum ʒ. ij. cinamomi electi.

Canon.

Canon.

Porrò si hi humores fluorē alui non fecerint, sed accensi febrē cōmittant, tunc nec syrupis stipticis, nec aqs vtēdū erit, sed potius frigidis stipticitate carentibus, vt sunt syrupi endiuiæ, portulacæ, violarū, nypheæ, capilli veneris. Si vero putemus extinctionē maiorē esse debere, vt arceatur felicius putredinis materia, vtemur syrupis acetosis frigidis, vt sunt syrupus acetosus simplex, qui in vtraque causa tā calida, quàm frigida exhibetur, ēt oxysacharū simplex, syrupus de acetositate citri, & de limonibus. Quòd si adsit fluor diarrheæ, à talibus humoribus calidis excitatus, syrupi acetosi non ministrantur, quia excoriant. Attamē syrupus de ribes, de berberis cydoniorū, de succo acetosæ conceduntur, quia mediocrem habent acetositatem.

Ad humores calidos fiunt Apozemata, vel syrupi magistrales in hunc modum.

R. endiuiæ nouellæ nō lotę, adianti, capilli veneris, cichoreij, portulacæ, lactucę, semperuiuę, scariolæ, plātaginis, oīum, vel aliquorū duorum vel triū, an. m. ij. quatuor seminū frigidorū maiorū an. ʒ. iij. radicis cichorei, radicis acetosæ, graminis, solatri an. ℥. ß. vel ʒ. iij. fiat decoctio. Cui addi possunt succi aliquarū herbarum prę-scriptarū depurati ad sesquialterā vel sesquiter

tiam

tiã partẽ decoctionis. In lib.j. colaturæ dissolue sacchari tabarzet vnc.vj. vini malorũ granatorũ vnc.j.ß.vel aceti vnc. ß. fiat apozema clarificatũ & aromatizatũ cũ ℈.ij. santali albi vel rubri vel amborũ an.℈.j. Quòd si syrupũ perfectæ coctionis facere velis adde plus sacchari, & iube decoqui ad perfectionẽ vt seruari possit, cuius vsus erit cum duplo alicuius liquoris, vt aqua cocta, aqua liquiritiæ, vel aqua aliqua herbarũ prædictarũ distillata. Distillatarũ tamẽ aquarũ vsum nõ multum probo. Quòd si apozema nõ perfectè coctũ sit, vt in primo exẽplo factũ est, per se erit dandũ, & sine alterius rei administratione, nec succi erũt adiiciendi, qui tantũ in apozemate perfectè cocto debent adiici. Similes formæ fieri possunt ex syrupis ęquantibus, siue digestiuis materiæ frigidæ.

Syrupus ad humores melancholicos.

Syrupus de epithymo, syrupus de fumoterræ qui duobus modis cõficitur, vno mõ ex solo decocto vel succo fumiterrę, & tunc vocatur syrupus de fumoterræ, simplex: Altero mõ secundũ descriptionẽ Mesue, & talis recipit myrabolanos, cassiã, & multa alia, qui cõpositus nominatur. Syrupus de buglossa, syrupus de borragine, syrupus de scolopẽdria, qui aperit, & soluit obstructiones lienis, syrupus violatus, quia potenter humectat.

Simplices

Simplices medicinę, quibus cõponuntur syrupi isti, sunt hæ, borago, buglossa, fumus terrę, lupulus, epithymum, & similia, quę coctionem talis humoris respiciunt.

Ex prędictis possũt fieri syrupi, apozemata, iulep, decocta ad has intentiones assequendas. Frequenter autem fiunt syrupi laxatiui pro expurgatione pituiosæ materię, & spurię, simul & atribilarię, quãdo morbi ex illis excitati diuturniores sunt partim ad concoctionem crudorum, & partim ad excretionem putrium, aut semiputrium, vt in longis febribus.

Syrupus laxatiuus ad materiam pituitosam, & febres nothas.

R. radicum apij, feniculi, petroselini mundatarum, an ʒ. iij. hyssopi, origani, calamenthi. an. M. j. seminis carthami ℥. iij. polypodij quercini recentis ℥. ij. anisi, feniculi, anethi an. drac. j. ß. liquiritiæ rasæ ʒ. iij. passularum mundatarum vnc. ß. trium florum cordialiũ an. P. j. fiat decoctio colata ad lib. j. vel lib. j. ß. In qua infunde agarici recẽter trociscati, vnc. j. ß. foliculorũ senę mundatorum vnc. ij. post decem horas fiat colatura, fortiter exprimendo. Cui adde syrupi violati, syrupi de byzantiis, & sacchari albi. an. vnc. iiij. fiat syrupus perfectè coctus, & aromatizatus cum ʒ. j. cinamomi electi, & cum scrupulo vno xyloales. Dosis huius syrupi ex ratione ingredientium potest esse vnc. j. ß. quæ quar-

to, aut

to aut quinto quoque die cum duplo hydromelitis, id est aquæ mulſæ, vel alterius decocti exhiberi poterit.

Conſimili ratione poterunt laxatiua præſentem ſyrupum ingrediētia augeri, vel minui pro ratione quantitatis ſyrupi conficiendi. Nā præſens ſyrupus pro ſex, ſeptem, vel pluribus doſibus inſtituitur. Poſſet ergò fieri ſeruata ratione proportionis pro vna, duabus, aut tribus, pluribuſve doſibus.

Haud diſſimili ratione fit ſyrupus laxatiuus pro materia bilioſa ſpuria, vt pote vitellina, quæ febres difficilis eradicationis committit.

Syrupus laxatiuus ad materiam bilioſam ſpuriam.

R. radicum apij, feniculi mundatarum, & in aceto temperatarum per vnam noctem an. vnc. ß. hyſſopi, capilli veneris, adianti polytrichi, ſcolopendriæ, endiuiæ, cichoreæ an. M. ß. vel M. j. quatuor ſeminum frigidorum maiorum conquaſſatorum ann. ʒ. ij. vel. ʒ. iij. aniſi, liquiritiæ raſæ an. ʒ. iij. paſſularum mundatarum vnc. ß. trium florum cordialiū an. P. j. fiat decoctio in qua infunde agarici recenter trociſcati, ʒ. vj. foliculorum ſenę mundatorum vnc. j. in colatura diſſolue ſyrupi capilli veneris, & violati ann. vnc. iij. ſacchari albi vnc. iiij. fiat ſyrupus perfe

ctè

ctè coctus ponēdo in fine expreſſionem vnc. ß. rheubarbari electi infuſi vt decet, quę expreſſio coquatur lentiſſimo igni ſine flamma, & fumo vſque ad perfectionem coctionis. Doſis eſt vnc. ij. vel vnc. j ß. cum duplo decocti endiuiæ, & cichorij, vel liquiritiæ, vel cum duplo ſeri lactis caprini. Syrupus iſte eſt pro quinque aut ſex doſibus. Quòd ſi prima doſis nō ſatisfaceret intētioni, aliquid diſſolui poteſt, quod quidem poteſtatem habeat excernendi humorem quem volumus educere, vt gratia exempli.

R. ſyrupi prædicti vnc. j. ß. ſeri lactis caprini vnc. iij. fiat doſis, & ſi inde nō ſequatur expectatus effectus, addam vel caſſiæ fiſtulæ vnc. ß. vel diaprunis laxatiui ʒ. j. vel ʒ. ij. vel diaphenici ʒ. j. ß. vel ēt aliq̄d rheubarbari. Idē efficiendū erit in exemplo ſyrupi facti pro pituita euacuanda.

Syrupus ad atram bilem.

R. ſuccorum lupuli, fumiterræ, ſed amarum eſt, bugloſſæ, borraginis, pomorum dulcium depuratorum an. vnc. iij. vel vnc. ij (depurantur autem dupliciter, vel per decoctionem, & clarificationem, vel per reſidentiam) Polipodij quercini recentis, vnc. ij. vel vnc. iij. tamarindorum pinguium, vnc. j. epithymi cretenſis poſiti in fine decoctionis, vnc. ij. ſcolopēdriæ, adianti, triū florū cordialium an. p. j. fiat decoctio colata ad

quar-

quartria tria, in qua infunde foliculorum senę mundatorũ vnc. iij. fiat expressio quæ misceatur cũ prędictis succis. Postea addantur Syrupi violati vnc. vj. Syrupi de buglossa, sacchari tabarzet an. vnc. iij. Fiat syrupus perfectè coctus, & aromatizatus cum drach. j. Cinamomi, & scrup. j. zinziberis albi, & rasi. Dosis vnc. ij. cum aqua buglossę vel lupuli vel fumiterrę vel sero lactis.

De Iulep. 6

IVlep non multum differt à syrupo, nisi quòd leuius coquitur quàm syrupus, & quòd fiat absq; permixtione alicuius decoctionis quẽadmodum syrupus fieri consueuit. Siquidem fit vel ex aqua infusionis aut distilationis, vel ex succo alicuius simplicis medicamenti. vt,

R. aquæ infusionis rosarum, vel aquæ infusionis violarum vnc. v. sacchari vnc. iiij. coque cum facilitate, & fiat Iulep. vtatur cum duplo vel triplo aquæ coctæ refrigeratę. vel sic,

R. aquæ rosarum vnc. viij. sacchari vnc. iiij. Coque cum facilitate. fiat Iulep. vel sic.

R. succi rosarum vel succi violarum vnc. vj. sacchari vnc. iiij. Coque cum facilitate. Fiat Iulep.

Similiter ex alijs rebus, vel calfaciẽtibus, vel aperientibus, vel adstringentibus fieri poterunt Iulep. Medici tamen vulgo appellant Iulep,

ſyrupum diſſolutum cum aqua cocta, dicentes.

R. ſyrupi roſati, vel ſyrupi violati, vel ſyrupi capilli ven. vel alterius, vnc. iij. aquæ coctæ lib. ß. miſce, fiat Iulep.

De Doſi ſiue Potu. 7

DOſis ſiue Potus eſt medicina laxatiua diſſoluta cum aliquo liquore, & data in Potu. Sũt autem eius plures differentię pro diuerſitate humorum vacuãdorum. Pharmaca ſimplicia educentia pituitam ſunt Agaricum, Turbith, Chartamus, Colocynthis, & alia ex Meſue requirenda. Compoſita ſunt Diapheniicon in forma opiatæ, Diacarthami in forma lozengiarum, Electuarium de citro, Electuarium indũ maius, & minus, Benedicta, Hiera ſimplex, Hiera compoſita, & ſimilia. Hæc tamen compoſita ſunt, vt vnicum, & ſingularem humorem non vacuent, ſed mixtum cum alio humore, puta bile flaua vel atra. Dantur autẽ pharmaca ſub diuerſis formis. In forma potabili pro vnica doſi ſeu vice vna: in forma boli, vt dicemus poſtea: in forma electuarij liquidi vt opiatæ: ſolidi, vt lozengiæ ſub forma ſyruporum, vel apozematis, ſub forma etiam pulueris, & pillularum.

Forma potus.

R. diaphenici vnc. ß. vel ʒ. vj. ſi robuſtior ſit æger,

æger, diſsolue cum aqua decoctionis liquiritiæ, paſsularum, & aniſi quantum ſufficit: fiat doſis cum ſyrupi violati ʒ.vj. vel ℥.j. vel diſsolue cũ colatura cõmuni, & fiat doſis, vel diſſolue cum hydromelite, vel diſsolue cũ quibuſdam aquis diſtillatis, vt aqua lupulorũ, bugloſsę, cichorij, & ſimilibus: vel diſsolue cum decocto ſiue brodio pulli, vel cum ſero lactis, vel ſic.

℞. trium florum cordialium an. P. j. prunorũ damaſcenorum, iuiubarum, ſebeſtẽ an. quatuor nu. liquiritiæ raſæ ʒ. j. ß. aniſi ʒ. j. fiat decoctio colata pro vna doſi. In qua diſſolue diaphenici vnci. vel drachm. ſ. vj. ſyrupi violati vnci. j. fiat doſis.

Si aliud electuarium laxatiuum addere velis, ſubtraham de quantitate vnius, & alterius quantitas conſimilis addetur, vt ſi dixero, diaphenici, & diacarthami. an. ʒ. iij.

Formula potus ſeu doſis, cuius decoctio recipit quædam pituitam vacuantia.

℞. paſſularum mundatarum vnc. ß. ſeminis carthami, polypodij quercini, an. vnc. ß. vel ʒ. vj. aniſi, fœniculi, liquiritiæ raſæ an. ʒ. j. ß. foliorum hyſſopi ʒ. j. Fiat decoctio, in qua infunde agarici recenter trochiſcati ʒ. j. vel ℈. iiij. vel ʒ. j. ß. In colatura diſſolue diacarthami, vel diaphenici, vel benedictę, ʒ. iij. vel vnc. ß. ſyrupi violati vnc. j. Fiat doſis.

Ad choleram euacuandam ſimplicia.

Choleram euacuant Succus roſarum, Violę, Tamarindi, Manna, Diagredion, id eſt, ſcammonea pręparata. Pſilium, Rhabarbarum, Mirabolani.

Caſſia fiſtula purgat tam choleram quàm pituitam. Tenuem choleram, & aquam citrinam, educunt ſuccus roſæ, & ireos.

Compoſita autem ſunt electuarium de ſucco roſarum. Diaprunis laxatiuum. Diaprunis ſimplex. Trochiſci de violis, qui raro ſunt in vſu.

Formula potus ſoluentis bilem.

R. tamarindorum pinguium vnc. j. trium florum cordialiũ an. p. ß. liquiritię raſæ ʒ. j. ß. prunorum damaſcenorum ſex nu. Fiat decoctio in parua quantitate aquæ, in qua exprimãtur fortiter tamarindi. In colatura diſſolue caſſiæ fiſtulę recentis vnc. j. vel drachm. x. Fiat doſis.

In ſimili colatura diſſoluere potes vnc. ß. vel ʒ. vj. diaprunis ſimplicis cum ʒ. j. ß. vel ʒ. ij. diaprunis laxatiui.

Si verò timeatur nocumentum ex diagredio & æger diues ſit, loco diaprunis laxatiui expreſſio. ʒ. j. vel ſcrup. iiij. vel drach. j. ß. rhabar. diſſolui poterit.

Aduerte quòd talis potio valet in febribus cholericis, & in his febribus, in quibus timetur phrenitis, valentiſſima eſt. Nam ab ea præſtatur auerſio ſimul,& refrigeratio.

Loco præſentis decoctionis ſeu colaturæ poſſunt diſſolui medicinæ laxatiuæ in colatura cõmuni vel cum aqua fructuũ, vel cum hydromelite, vel cũ aquis diſtillatis, vel endiuię, cichorеę, lupulorum, vel cum brodio pulli, vel ſero lactis.

Formula Doſis communis in principio febrium biliosarum præſertim tertianarum.

R. paſſularum mundatarum ʒ. iij. liqui ritiæ raſę, aniſi, an. ʒ. j. prunorum damaſcenorum ſex nu. tamarindorum vnc. ß. trium florum cordialium, chicorei, endiuiæ nouellæ an. m. j. Fiat decoctio colata pro vna doſi, in qua diſſolue caſſiæ fiſtulæ recentis vnc. j. vel ʒ. vj. expreſſionem ʒ. j. vel ℈. iiij. vel ʒ. j. ß. Rheubarbari electi infuſi vt decet, ſyrupi violati vnc. ß. vel ℥. j. fiat doſis. Detur mane ante prádium per quinque aut ſex horas in die minoris afflictionis.

Si cholera mixta eſt cum phlegmate, pro ratione mixtionis fiet mixtio ſoluentium bilem cum ſoluentibus pituitam.

Spica nardi quæ ſolet ſemper cum rheubarbaro iungi, ingrata eſt ventriculo. Item potenter ſoluit oppillationes, vt quæ vomitum ciet

& in mulieribus prægnantibus menses fortiter prouocet. Quare putant nonnulli eam non debere misceri rheubarbaro in medicinis prægnātium, vel eorum qui proni sunt ad vomendum. Ob id si miscenda sit, sufficiunt grana tria, vel quatuor pro ℨ.j.rheubarbari.

Dosis sub forma syrupi pro delicatis.

Delicatis qui ab omnibus medicinis abhorrent fit dosis sub forma syrupi pro duabus aut tribus vicibus, aut etiam pro vnica dosi hoc pacto, præsertim ad tertianam exquisitam.

℞.endiuiæ nouellæ, cichoreæ an. m.ß.trium florum cordialium an. p.ß. liquiritiæ rasæ ℨ.j.ß.prunorum damascenorum sex numero, tamarindorum pinguium ℨ. vj.anisi ℨ.ß.fiat decoctio colata ad vnc.iij.Vel dicere potes.Fiat decoctio pro vna dosi. In qua dissolue syrupi violati, & endiuiæ an. ℨ.vj.vel vnc.ß. sacchari albi vnc. j. expressionem ℨ. ij. rheubarbari electi infusi vt decet sine spica: fiat syrupus lōgus, id est quasi sub forma apozematis, coctus supra prunas, sine fumo, longo tempore fortiter exprimendo rheubarbarum in pecia panni linei ligatum. Clarific. Aromatizet.fiat dosis vnc.j.ß.multiplicatur pro duabus aut tribus dosibus omnium seruata proportione. Quod si syrupum vis facere diu conseruandum, decoque ad perfectionē,

& ex illo ſyrupo dabitur vnc. j. ß. vel vnc.ij.cũ ſero lactis, vel decocto ſeruiente tuo propoſito.
Etiam addi poteſt aliquid ſenę in infuſione, præcipuè ſi choleram aduſtam ſubdominari putaueris, vel ſi pleniorem effectum medicinæ deſideras.

Doſis ad febres nothas, præſertim tertianas.

R.endiuiæ nouellæ, cichoreæ,adianti,ſcolopendriæ an. m.j.quatuor ſeminum frigidorum maiorum an.ʒ.iij.ſeminis carthami vnc.j.ß.polypodij quercini vnc. ij. tamarindorũ pingiũ, vnc.j.ß.ſeminis endiuiæ,ſcariolæ,liquiritiæ raſæ an.ʒ.ij.paſſularum mundatarum ʒ.P.prunorum damaſcenorum duodecim numero, trium florum cordialium an. p. j. fiat decoctio ad lib. j.vel vnc.viij.In qua infunde foliorum ſenę mũdatorum vnc.j. ß. agarici recẽter trochiſcati ℥. j.In expreſſione colata diſſolue ſyrupi violati, & capilli veneris an. ℥.iij. ſacchari albi vnc. ij. fiat ſyrupus coctus ſupra lentum ignem ſine fumo,ponẽdo expreſſionem ʒ.vj. rheubarbari electi infuſi, vt decet, fiat ſyrupus perfectè coctus, & aromatizatus cum ʒ.ß.cinamomi,& ℈.ij.ſantali rubri : reſeruetur in vaſe terreo aut vitreo. Doſis prædicti ſyrupi erit quarta pars illius, puta ℥.ij. quę diſſolui poterunt cum ſero lactis caprini, vel aqua decoctionis communis colaturę

vel cum aquis decoctionis vel distillationis cichoreę aut endiuię.Ego tamē Gorræus aquas distillatas non probo.Quòd si prędicta dosis aluū sufficiēter nō subduxerit,secundę dosi cōmodè addi poterit infusio ℈. ij. aut ʒ. j. rheubarbari electi,vel aliquid diaprunis laxatiui, vel electuarij de succo rosarum:exēpli gratia, R.prædicti syrupi ℥.ij.expressionem ℈. ij.rheubarbari electi, vel diaprunis laxatiui ʒ.j.ß.vel ʒ.ij.seri lactis vnc.ij.vel quantum sufficit.fiat dosis.

Aduertendum quòd prædictus syrupus potius exhiberi debet in tertianis nothis,quàm exquisitis & legitimis, ꝙ hę sunt paucorū paroxismorū,& breui tēpore finiuntur: ille verò longæ, & plurimorū paroxysmorum,adeo vt ab vno ęquinoctio ad alterum vsq; nōnunquā protendātur. Ad hæc tertianæ puræ ex bile syncerę fiunt, nothæ verò ex spuria sunt cholera. Hinc carthamus,& agaricum vacuātia pituitam, foliculi senę vacuantes atram bilem in prædicto syrupo simul cum rheubarbaro vacuante choleram ingrediuntur, quò materia nothas febres faciens ex longis interuallis vacuetur.

Non ergo quoque die vel tertio vel quarto quoque, die sed pluribus intermissis diebus dosis vna exhiberi debet,conformiter ad doctrinā Auicennæ de cura tertianarnm notharum.

Ad melancholicum humorem educendum simplicia.

Atram bilem euacuant lupulus, fumusterræ, Epithymus cretensis. Polypodium quercinum, foliculi sene, lapis lazuli, myrabolani nigri seu indi, lapis armenius, helleborum nigrum, & millealia ex Mesue petenda.

Composita autem atram bilem euacuantia sunt catholicon seu diacatholicon, diasenæ, catharticũ imperiale, hiera ruffi, confectio hamec. Pilulæ de fumo terrę. Pilulę de lapide lazuli, Pilulæ de quinque generibus myrabolanorum, de epithymo, de helleboro Pilulæ, quarum dosis est ʒ.j.

Alijs aũt compositis medicinis rarò possumus vbi ob amarorem quo gustum afficiunt: omnia enim electuaria excepto catholico sunt mali gustus, & ob id forma potabili conficiuntur.

Formula dosis ad atram bilem.

R. fumiterræ, summitatum lupuli an. m. j. ß. trium florum cordialium an. p. j. passularum mũdatarum ℥. iij. vel vnc. ß. polypodij quercini recentis ℥. iij. cuscutę, epithymi cretensis an. ʒ. iij. anisi, liquiritię rasæ an. ʒ. j. ß. fiat decoctio, in qua infunde foliculorum sene mũdatorum ℥. ij. vel

vel ʒ.iij.in expreſſione colata diſſolue diacatholici, vnc.j. vel drach.x. ſyrupi violati vnc.j.fiat doſis.

Hic ſyrupus violatus, & flores cordiales miſcentur, vt ſiccitas ſenę, & epithymi contemperetur. Si verò exquiſitius atram bilem purgare volumus, ponemus hieram ruffi, cuius doſis eſt vnc.ß.in qua helleborum ingreditur, qui in vſu apud Pariſiẽſis non eſt, vel confectionis hamec vnc. ß. quæ amariſſima eſt ob copiam colocynthidos.

Aduerte quòd medicinæ ſoluentes atram bilem vtiliter diſſoluuntur cum ſero lactis caprini, vel cum aqua decoctionis, vel infuſionis prædictarum rerum ingredientium doſim præſcriptam, vt exempli gratia. R.omnia illa, vel partẽ bonã eorũ quæ in præcedente doſi ſcripta ſunt, poſtea dices, fiat decoctio in ſero lactis caprini, & in colatura infunde foliculorũ ſenę, &c. & cum aliquibus prædictis electuarijs confice doſim pro natura, & robore ęgri, vel ſic,

R.foliculorum ſenę mũdatorum ʒ.iij.infundantur in ſero lactis caprini per noctem, & in expreſſione colata diſſolue catholici vnc. j. vel ʒ.x.vel vnc.j.ſ. fiat potus.

Nota quod epithymus ſuſtinet decoctionẽ, ob id poſſumus ſic ſcribere. R.epithymi cretenſis vnc. j. bulliat cum ſero lactis caprini, poſtea coletur, & exprimatur fortiter, & cum vnc.

j.ſyrupi

j.syrupi violati fiat dosis: quæ si parum sufficiẽs videatur, adde aliquid catholici.

Hanc potionem consulit Galenus 13. therapeutices, qua putat cancros, & omnes morbos melãcholicos præcaueri, sed quatuor drachmas solum ponit, quæ nullum præstant effectũ, quia bonum epithymum, vt puto, non habemus, quare ponatur vnc.j. pro quantitate, quo fiat commodior executio illius. Hanc sententiam sequuntur omnes authores, qui in suis libris practicis, seu epitomis ad elephantiã, quam vulgo lepram vocant: huius meminerunt, & ad curam elephantiasis iam factæ.

De Gallo decrepito.

Ad morbos tum ex atra bile, tum ex pituita genitos plurimum valere Galli decrepiti decoctum plerique arbitrãtur. Præcipuus vsus illius est ad colicos dolores ex causa pituitosa, & partim flatuosa. Item, & ad morbos pectorales, puta spirandi difficultatem. Item ad morbos articularios ex frigida materia subortos. Paratur autem ad colicam partim pituitosam, partim ventosam hunc in modum.

R. hyssopi, calamenthi an. m.j. passularũ mũdatarum vnc.j. ß. anisi, feniculi, carui, an. ʒ.vj. seminis carthami vnc.ij. polypodij quercini recẽtis vnc.j. ß. trium florum cordialium an.p.j. flo-

rum

rum camomillæ p.ß. fiat decoctio ponēdo omnia in ventre Galli decrepiti præparati vt decet infusis in fine decoctionis foliorum senę mundatorum vnc. ij. sem. agarici recenter trochiscati ʒ.x. fiat colatura ad libras ij. quæ reseruetur.

Item ℞. prædictæ decoctionis vnc.iiij. syrupi violati vnc.j. ß. fiat dosis.

Notandum quòd si robustior fuerit æger vel contumax, solutioni aliquid diaphœnici adijci potest, vt ʒ.j.sem.vel ʒ. ij. vel tantundem benedictę.

Aduerte etiam quòd agaricum suspectum est colicis, vt plerique arbitrantur, tum quòd si per clysteres substātia eius inijciatur, suæ substantię leuitate intestinis adhærens ea pungit & stimulat, fluxionemq́ue ad ipsa excitat, ac desyderium desidendi frequens parit, tum quòd virtutem habet è longinquis partibus attrahēdi humores, & ob id Democritus medicinam familiæ, vt testis est Mesue, vocauit.

Nō rectè igitur dolore affectis intestinis adhibetur, quia fluxionem alioqui prohibendam efficit. Quare consulo in talibus casibus auferendū esse agaricum.

Insuper aduertēdū quòd camomilla aptè his decoctis imponitur, & si enim insolens sit apud medicos illius vsus, certū tamen est illius solius decoctū in iusculo cappi, vel pulli omnib. inter

nis

nis doloribus valentiſſimũ eſſe, præſertim colicis & nephriticis, vt multi cum ſua ſalute experti ſunt.

Aqua diſtillationis camomillę ad eoſdem vſus exhibetur, valentius tamen eſt decoctum, quàm diſtillatio. Amaror decoctionis mitigari poteſt ſaccharo pro delicatioribus.

Decoctũ Galli etiam ad morbos pectoris & dyſpnæas conuenienter exhibetur, medicinis pectoralibus cum ipſo decoctis, vt.

R. hyſſopi, enulæ cãpanæ an. m̃. j. partẽ tertiã, ſatureiæ m̃. j. quartã partem vngulæ caballinæ m. j. ſeminis carthami, polypodij quercini recentis an. vnc. ij. aniſi, liquiritiæ raſæ an. vnc. ß. radicis ireos, radicis enulæ an. ʒ. iij. vel vnc. ß. ficuũ pinguium non rancidarum, quatuor vel ſex numero, dactylorum pinguium mundatorum à pelliculis iiij. numero, iuiubarum ſebeſten an. xij. numero, paſſularum mundatarum vnc. j. ß. trium florum cordialium. an. p. j. fiat decoctio in ventre Galli decrepiti venati & præparati vt decet, ponendo in fine de agarico & de foliculis ſenę, quantum propoſito conuenire videbitur.

Sed nota quando agaricum in hoc caſu commodè imponitur, fiunt, & ad omnes ſuperfluitates

tates medicinæ ſub aliis formis, vtpote ſub forma electuarij liquidi, id eſt ad formam opiatæ vel ſolidi, id eſt ad formam electuarij per lozengas ſiue tabulas.

De Bolo. 8.

BOlus eſt medicina laxatiua in forma mediocriter ſolida, quæ per fruſtula deuoratur.

Paratur ex rebus varijs pro ratione humoris vacuandi, ſed modus conficiendi ſimpliciſſimus eſt ex medulla caſſiæ fiſtulæ, hunc in modum.

R. medullæ caſſię fiſtulæ recenter extractæ à canna pingui ʒ. vj. vel vnc. j. ſacchari quantum ſufficit: fiat bolus.

Si verò timetur nocumentum ex caſſia, vt dolor vehemens inteſtinorum à quo nonnunquã ſyncope excitatur, vt quibuſdam inteſtina debilia habentibus, talibus non eſt exhibenda caſſia, nec per bolum, nec per clyſteres. Ob id æger interrogandus eſt quomodo ex caſſia ſe habeat, ante eius exhibitionem. Putant verò nonnulli authores hoc nocumentũ à caſſia remoueri, ſi aliquid addatur granorum berberis, vel ſacchari roſati,

rosati, putantes ex stipticitate eorum vētrem, & intestina roborari, impedirique dolorem, quem facit cassia suo lentore, & remollitione. Alij aliquid laxatiuum miscent cum cassia, quod tarditatem solutionis acceleret, & vt citius elabatur, & descendat. Primi sic bolos instituunt, & vtiles sunt morbis renum.

R. medullæ cassiæ fistulæ recenter extractæ ℥.j. vel ʒ.x. granorum berberi ℈.ß. cũ saccharo rosato: fiat bolus. Alij adiiciunt ℈.ij. aut ʒ.j. aut ʒ.ij. diaprunis laxatiui, vel electuarij de succo rosarum, vt exempli gratia.

R. medullæ cassię fistulæ recenter extractæ ʒ. vj. diaprunis laxatiui ʒ. ij. sacchari rosati tabulati quantum sufficit: fiat bolus.

Notandum est quòd nonnulli ob vētositates, quas parit in intestinis, addunt cum bolo cassiæ aliquid pulueris anisi, & rectè, vt scrupu. j. vel drachm. sem.

Formula boli bilem educentis.

R. Cassię fistulæ recēter extractæ à canna pingui ʒ. vj. vel vnc. j. pulpæ tamarindorum pinguium ʒ. j. ß. rheubarbari electi ʒ. ß. vel ℈. ij. vel ʒ. j. sacchari quantum sufficit: fiat bolus. Si verò pauper sit, loco rheubarbari fit bolus cum ℥. ß. vel

ß.vel ʒ. vi.cassiæ,& ʒ. ij. diaprunis laxatiui,& cum saccharo.

Formula boli ad atarm bilem.

℞.catholici vnc.j.vel. ʒ.x. cum saccharo albo fiat bolus. vel.

℞.catholici vnc.ß.vel ʒ. vi. confectionis hamech ʒ. j.vel ʒ. j.ß.cum saccharo fiat bolus.

De Pilulis. 9.

Pilulæ dantur ad euacuationem cuiuscunque humoris. Ad pituitam quidem prędominantem, seu coleram notham.

Pilulæ aggregatiuæ maiores secundum descriptionem Mesue.

De agarico.
De reubarbaro.
Stomachicæ
De hiera simplici.
De hiera composita, quę caput respiciunt
Coccię, quæ dictæ sunt à granis cocci, non à capite vt putant,
Aureæ,
Elephangine,
Sine quibus,

De

De hermodactilis maior, & minor.
Fœtidæ, maior, & minor,
De ſerapino.
De ſarcocolla.

Verum poſtrema hæc quatuor pilularum genera magis corruptis, & fętidis humoribus accommodantur. Sic & arthreticæ maiores, & minores, illæ quidem, quando pituita, hæ verò quādo cholera articulariis morbis dominatur, quo modo & pilulę de hermodactilis maiores, & minores dedicantur.

Pilulæ ad choleram puram mille reperiūtur, quæ eam ſolam vacuant, ſed nonnullæ eam magis reſpiciunt quæ ſpuria eſt, vel multùm mixta cum pituita, vt

Pilulæ de rheubarbaro,
De hiera ſimplici aggregatiuæ.
De agarico.
Ante cibum.
Imperiales.

Doſis pilularum ferè maxima eſt ad drac. j. ß. ex qua formantur pilulæ nouem cum aliquo ſyrupo conuenienti, vt ſyrupo endiuiæ, ſyrupo capillis veneris, ſyrupo de ſtœcados, vel etiam cum oxymelite, aut hydromelite, aut cum ſucco aliquo.

De Apozemate. 10

APozema eſt decoctio medicamentorum leniter facta ad humorum concoctionē ſiue pręparationem,& interdum ad euacuationem. Variè fieri poteſt,& ad diuerſas intētiones, vt ad calefaciendum, refrigerandum,humectandum,ſiccandum,aperiendum,adſtringēdum,attenuandum,incraſſandum,prouocandos menſes, & vrinas ex medicamentis propriis, & conuenientibus, & ex eorum radicibus, foliis, fructibus, ſeminibus,prout propoſito tuo videbitur expedire. In ſumma non differunt apozemata à ſyrupis niſi coctione, quæ in ſyrupis fieri ſolet longa, & ad perfectionem: in apozematis,autem lenis. Itaque ſyrupi diutius reſeruari poſſunt, ſed apozemata paucis tantum diebus.

Formula apozematis ad humorem bilioſum.

R. cichoreæ,endiuiæ, cuſcutę, adianti an.m. ß.radicum acetoſę,graminis an. vnc.ß.quatuor ſeminum frigidorum maiorum mundatorum an.ʒ.j. trium florum cordialium an.p.j.fiat decoctio ad lib. ß.In colatura diſſolue ſyrupi violati, vel ſyrupi acetoſi,vel ſyrupi de limonibus,

vel etiam ſacchari albiſſimi vnc. iij. fiat apozema clarificatum,& aromatizatum cum ℈.ij.vel ʒ.j. cinamomi electi pro duabus doſibus. Similiter fieri poſſunt apozemata ad alios humores, quorũ materia petenda eſt ex capite de ſyrupis.

Nota quòd in confectione apozematum ſatis eſt pro ℥.ij.vel ad ſummũ pro vnc iij. decoctionis addere ſacchari vel ſyrupi vnc. j.

Poſſunt etiam fieri apozemata lexatiua ſicut & ſyrupi,addendo laxatiua in ipſa decoctione, vel infundendo ea poſt decoctionem factam: vide exempla ſupra capite de ſyrupis. Sunt enim illis ſimilia,eo tãtum excepto vt diximus, quòd apozemata poſt diſſolutionem ſacchari vel Syrupi vlterius coqui non debent.

De Mulſione. 11.

MVlſio, ex ſeminibus mundatis, vel fructibus,vel vtriſque fit nonnunquam ob ſitim extinguendã, & pectoris pulmoniſque inflammationes, & ad morbos renũ,aut veſicæ, vel in iſchuria, id eſt vrinę retentione, ſtranguria,id eſt vrinæ ſtillicidio,vel ardoribus.

Formula mulſionis.

R. quatuor ſeminum frigidorum maiorum, recentium, & mundatorum an. ʒ.iij. vel vnc.ß.

amegdalarum dulciũ excorticatarũ in aqua frigida vnc.j. terantur omnia in mortario lapideo cum aqua fontis prius cocta, & fiat colatura ad lib.j.quę in vase vitreo seruetur.

Pręcedens emulsio valet ad vrinæ ardores, siue strangurias si mane, exhibentur vnc. iiij. vel vj. ante prandiolum per tres vel quatuor horas. Item ante cœnam per duas aut tres horas.

Eadem quantitas, vel paulò minor exhiberi potest pręmissa lozenga vna diadragacanthi frigidi, in quo prædicta semina, & gummi, & multa alia ingrediuntur. Quòd si in prædictis causis infrigidatione maiori opus esse putemus, semen portulacæ, lactucæ, papaueris albi mulsioni misceatur.

In causis verò pectoris pineæ recentes non rancidæ addantur amygdalis dulcibus, & ficubus recentibus, mox exhibita lozenga vna electuarij diairis simplicis vel diairis salomonis.

Etiam pędictæ mulsioni commodè misceatur aliqua quantitas sacchari, vel syrupi alicuius tuo proposito apti, sicut Ruellius ad vrinam hominis saniosam facere solebat, vt

R. seminis papaueris albi, quatuor seminum frigidorum maiorum, aut amygdalarum dulcium ann. vnc.sem. terantur in mortario cum aqua decoctionis liquiritię quantum sufficit: in colatura dissolue syrupi violati, capilli veneris, mirtyllorum ann. vnc.j. fiat mulsio pro dua-

bus

bus vicibus,& capiat mane horis quatuor ante prandiolum.

De Puluere. 12.

PVluis fit ex seminibus, radicibus, & mineralibus contusis leuissimè, & addito sacchararo, vt sint magis grati. Et ad plerasque intétiones adhibentur, quarum communissima est post pastum, ad iuuandam concoctionem, vel ad reprimendos vapores, qui feruntur in cerebrum, vel ad vtrunque, sicut plerunque fit.

Puluis ad iuuandam concoctionem.

R. seminis anisi, feniculi an. ℥.j. seminis citri, cinamomi, liquiritię, rosę an. ℈.j. margaritarũ electarum, rasuræ eboris an. ℥. ß. sacchari rosati quantum sufficit: fiat puluis subtilis de quo capiat post pastus vnum cochleare. Qui verò puluis ad reprimendos vapores conficitur idem etiam valet ad iuuandam concoctionem, vt iste.

R. coriandri præparati drach. j. ß. rasurę eboris, coralli rubri, cornu cerui vsti an. ℈. j. cinamomi ℈. ß. sacchari rosati quantum sufficit. fiat puluis, qui detur post pastum. Prosunt ét ad alia multa, vt lũbricos puerorũ, adstrictionẽ ventriculi, & robur, cõtra pestẽ, ex materia propria, &

tales ante cibum exhibentur vel ſoli, vel cum vino, vel ſuper toſta panis in vino madefacta. Aliquando etiam dantur ad corroborationem virtutum omnium in febribus malignis, & in magna imbecillitate virium.

R. Raſuræ cornu vnicornis grana quatuor, q̃n que vel ſex raſuræ eboris, margaritarum electarum, cornu cerui ann. gra. ſex, ſeminis citri, & cardi benedicti ann. gra. iiij. fiat puluis ſubtilis qui detur cum aliquo liquore conuenienti, vt vino albo, diſtillato reſtauratiuo, aqua ſcabioſæ aut bugloſſę, aut alio aliquo ſimili. Tales autem pulueres vt plurimum dantur circa mediam noctem, aut ſummo mane.

Fiunt autem & pulueres laxatiui, vt eſt diaſene, & diaturbitz, & puluis electuarij diacarthami, quibus ſacchari triplum aut quadruplũ addi debet, exhibenturq́; diſſoluti in decocto pulli vel liquiritiæ vel ptiſanę. Puluerum tamen iſtorum vſus rariſsimus eſt apud practicos.

De electuario, conſerua, lozenga, & manuschriſti. 13.

ELectuarium ſub duplici forma conſtruitur, ſub liquida, quaſi in formam opiatę, vel ſolida per tabellas ſeu lozengas, vel in formulas quadratas oblongas, quas manuschriſti vocant. Dantur autem electuaria ad corroborationem. Hinc ea non abs re tonica, dici poſ-

ſent quaſi robur inferētia membris, vtpote quæ virtutes naturales, vitales, & animales roborant. Si conficiantur ad roborandum facultates naturales, ieiuno ſtomacho exhibentur. Si facultas concoctrix imbecilla ſit ob frigiditatem, poſt cibationem exhibentur. Si verò ob humiditatem cum aliqua ſubſtantia, tunc ante cibaciones per horam aut duas horas offeruntur, vt alterent tēperaturam, & ſubſtantiam ſiccent alienam. Sed ſi facultas vitalis roboranda ſit, ferme omnibus horis oportunè dantur. Quod ſi animalem virtutem roborare intēdamus, hora ſomni vel media nocte commodè exhibentur.

Formula electuarij liquidi ad robur naturalis facultatis ventriculi debilitate ob frigiditatem, & humiditatem cum ſubſtantia.

℞. pulueris electuarij aromatici maioris deſcriptione Gabrielis ʒ.ij. pulueris elect. diacalamenthi ʒ.j. diatrion pipereō ℈.ij conſeruæ anthos, id eſt, florum roriſmarini, & roſarum an. vnc.ß. ſacchari tabarzet vnc. j.ß. ſyrupi de mentha, quātum ſufficit, fiat electuarium liquidum ad modum opiatæ. Detur ante prandiolum ſiue ientaculum per horam, aut ſeſquihoram, aut duas horas. Doſis vnc.ß. vel potius ʒ.ij.

Electuarium aromaticũ rosatum ieiuno absumit humiditates putridas, pasto roborat virtutem coctricem.

Formula electuarij solidi per lozengas, vel per formulas ad modum manus christi ad intemperiem iecoris calidam, & obstructiones eiusdem.

R pulueris trium sandalorum ʒ. ij. pulueris diarrhodon abbatis ʒ. j. conseruæ cichorij, & rosarum, ʒ. j. ß. sacchari tabarzet, siue albissimi dissoluti in aqua cichorij, vel endiuiæ quãtum sufficit, fiat electuarium per lozengas ponderis ʒ. ij. vel ʒ. ij. ß. vel ʒ. iij. Capiat vnam antè pastum.

Conseruæ nonnumquam non apponuntur, sed soli pulueres.

Solent apothecarij pro vnaquaque drach. pulueris apponere sacchari vnc. j. tamen si electuarium velis valentius facere, sesquidrachma pulueris legitimè ponitur pro vnc. j. sacchari.

Electuarium ad atram bilem.

Si ventriculus afficitur præsentia atræ bilis re-

refluentis ad ventriculum, vel iecoris vitio illã multiplicantis, vel lienis morbis, illam non excipientis, vt sunt obstructiones, tunc fit electuarium solidum, vel ad formam opiatæ cum materialibus sequentibus. exempli gratia.

R. pulueris electuarij lætificantis Galeni. ʒ. iij. pulueris electuarij diamargariton calidi ʒ. j. (pulueres electuariorum de aromatibus, vel de gemmis, vel diamusci dulcis, vel diambræ possunt poni, cùm eandem facultatem habeant) cõseruæ buglossæ, & borraginis, & violarnm an. ʒ. j. ß. corticis citri cõditi ʒ. j. sacchari albi dissoluti in aqua buglossæ vel borraginis quãtum sufficit. fiat electuarium per lozengas vel per morsellos, vel ad formam manus christi, ponderis ʒ. iij. vel vnc. ß. Quod si placeat effingere in formam electuarij liquidi, duplo aut triplo plus conseruarum adijcietur aliquid pulueris sacchari rosati vel albi, vtpote in exemplo prædicto vnc. ij. cum syrupo aliquo humorem atribilarium respiciente, vt est syrupus de buglossa, borragine, rosarum scolopendriæ, epithymi, fumiterrę, de quibus adde quantum sufficit ad interpretationem, vt forma fiat liquida.

Electuarium pro obstructionibus iecoris vel lienis fortibus, à quibus dependet periculum hydropisis, vel quæ iam cachexiam pepererint, fit ex pulueribus electuariorum diagalangæ,

diacucumeris, diacapparis,dialaccæ,& ex cõſer uis,quæ ſi miſceri debeant,cõſerua cichorij cõmodè miſcetur.

Notandum etiã quòd electuaria fiunt ex trochiſcis, vel pulueribus trochiſcorum reſpicientium intentionem, vt in cauſa calida trochiſci diarrhodon, trochiſci de corallo, trochiſci de bolo armenia, de terra ſigillata (maximè ſi adſtrictionem aliquam quærimus) trochiſci de carabe,ſi ſanguinis fluorem adſtringere volumus. Si verò apertionem ſeu obſtructionis ſolutionẽ in hepate vel liene quęrimus, hanc adipiſcimur cum trochiſcis de rheubarbaro, vel de capparibus.

Electuarium ad virtutem vitalem.

Electuaria virtutem vitalem reſpicientia, ſi frigore langueat, poſſunt fieri ex electuario diãbræ,diamuſco dulci,electuario de gemmis, aromatico nardino, aromatico muſcato, aromatico roſato maiore Gabrielis, lætificante Galeni vel Raſis, electuario Conciliatoris confectione alkermes.

Conſerue ad eandem intentionem ſunt,conſerua roſata,bugloſſæ,borraginis,anthos,corticis citri,zinziber conditum, mala citrea condita (aurengia dicunt) & cætera. id genus.

Si verò à calido defeſſa ſit virtus electuaria

ria rosata nouella, electuarium trium sandalorum, & diarrhodon abbatis, & diamargariton frigidum, & trochisci de camphora vsurpantur.

Conseruæ sunt rosarum, violarum buglossa, borraginis, nimpheæ, id est nenupharis.

Si tusis adsit diatragacanthum frigidum, maximè vbi tenuis, & calidus humor fluit, sicut dia tragacanthum calidũ, & diairis simplex, vel diai ris salomonis exhibetur si humor lētus, & crassus expectorandus sit, id est, contentus in pectore excernendus.

Si verò suspicio sit de venenosa substantia, tunc cum pulueribus electuariorum frigidorũ, vel calidorum quæ veneno resistunt, admiscemus, vt est macis, muscus, zedoaria, crocus, cinamomũ, xyloaloe, in causis frigidis. In causis verò calidis vtiliter miscentur margaritę, corallũ, crystallus, rosæ, camphora. In promiscuis causis, seu calidis, seu frigidis quadã proprietate corro borant, & tuentur margaritæ, semen citri, radix tormentillæ, tunici, dictami, os de corde cerui vnum numero, vel si ponderare vis, scru. j. vel ʒ. ß. vt exempli gratia in febre pestilenti.

Electuarium in febre pestilenti.

℞. pulueris elect. diamargariton frigidi ʒ. j.

ß. mar-

ß.margaritarum electarum candidarum pulverizatarum in mortario marmoreo ℈.j. camphoræ grana ij. vel trochiſcorum de camphora ℈.j. vel ℈.ß. radicis dictami, tormentillæ, tunici & corticis citri an.℈.j. conſeruę, bogloſſæ, borraginis, nympheæ, roſarum, vnius, duarum vel trium aut omnium iſtorum ad quãtitatem duarum aut trium drachmarum. Sacchari albi diſſoluti in aqua roſarum vel bugloſſę vel borraginis quantum ſufficit. Fiat electuarium per lozengas, vel poteſt fieri electuarium liquidum modo prędicto.

Electuarium ad animalem facultatem in cauſa calida.

R. trium ſandalorum, diarrhodõ abbatis an. ſcru.j. os de corde cerui, vnum nu. ſacchari roſati tabulati, vel ſacchari albi diſſoluti in aqua roſarum quantum ſufficit. fiat electuarium deauratum cum foliis auri puriſſimi ponderis, ℥.ß.

Fiunt & electuaria laxatiua ad omnes ſuperfluitates, & morbos, vt ſimul cum euacuatione roboremus, exempli gratia ad morbos chronicos ex pituita uel lentis humoribus tuſſim excitantibus.

Electuarium ad morbos pectoris & ad tuſſim.

R. Caſſiæ recentis, & paſſatæ per ſetaceũ ad vaporem aquæ calidæ ℥.ij.ß. diacarthami ʒ.vj. peni-

penidiarum recentium, & diairis simplicis an. ℥.ß. cõseruę violarum ʒ.iij. anisi dulcis puluerizati, pulueris liquiritiæ an. ʒ. ß. syrupi violati quantum sufficit: fiat electuarium liquidum ad formam opiatæ. Dosis est ℥. j. vel ʒ.x. vel ad summum ℥.ß. quæ exhiberi potest ante prãdiolum per horam, aut sesquihoram ipsam deglutiendo vel etiam ante prandiolum per quatuor horas propter diacarthami quod diagredion recipit, quod non conuenienter cibis præponitur. Item potest dissolui in decocto pulli, vel in ptisana, vel in colatura communi pectorali, & fiat potus exhibendus per quatuor aut quinque horas ante pastum. Exhibitionis autem modos pręscribes pro natura & conditione ęgri.

Electuaria autem talia per lozengas, seu bolos fiunt ex medicinis laxatiuis grati gustus, quę & in puluerem redigi possunt, quorum formæ & modi sunt requirendi ex receptis diachartami, & electuarij de succo rosarum, ad quorum similitudinem alia effingi possunt nostro proposito seruientia.

De condito, & conserua. 4.

CONdita, sicut & electuaria, fiunt ad virium, & primitiuorum membrorum robur, quæ potius respiciunt substantiam spiritalem, quàm carniformem, aut

solidam,

ſolidam, niſi quatenus imbecillitas virium ſequitur inſtrumentarios morbos ipſarum: quare conualeſcentibus maximè acommodantur.

Conditum ad omnium virium roborationem.

R. conſeruç anthos, id eſt roriſmarini, conſeruæ borraginis, bugloſſç, capilli veneris, & cichorij an. ℥. ij. corticis citri conditi, ℥. j. ß. pulueris electuarij pliriſſarcoticō, pulueris electuarij ducis, diarrhodon abbatis, & triaſantali an. ʒ. ß. folia auri ſex nu. ſacchari albi quantum ſufficit fiat conditum.

Ex iiſdem autem pulueribus electuariorum fit conditum ſolidum in hunc modum. R. pulueris elect. pliri ſarcoticon, pulueris dianthos, pulueris ducis, diarrhodon abbatis, triaſantali an. ſcrup. ij. conſeruæ roſarum, & cichoreæ an. ℥. j. ß. ſacchari albi diſſoluti in aqua roſarū quātum ſufficit. fiat electuarium per lozengas, ſeu morſellos ad modum manus chriſti ponderis, drach. ij.

Conſimili proportione poſſunt fieri condita vel electuaria ad vnamquanque virtutis roborationem, vt exempli gratia, vbi ſolùm vitalis imbecilla fuerit, tunc electuaria, & conſeruas hanc reſpicientes ponam, calidas vel frigidas prout deſiderat propria intemperies, vel eius cauſa.

Ele-

Electuaria calida, facultatem vitalem reſpicientia.

Electuarium diambra.
Diamargariton calidum.
Diamuſcum amarum.
Diamuſcum dulce.
De gemmis.
Lętificans Galeni.

Electuaria frigida.

Electuarium diamargariton frigidum.
Diarrhodon abbatis quod eſt temperatũ.
Triaſandali.

Conſeruæ vtranque intemperiem reſpicientes.

Conſeruæ roſarum.
Borraginis.
Bugloſſæ.
Violarum.

Conſeruæ frigidæ.

Conſerua nympheæ.
Violarum.

Condita calida vitalem facultatem reſpicientia.

Cortex citri conditus, qui in vtraque cauſa exhiberi poteſt.
Confectio de cinamomo.
Confectio de xyloale.
Confectio alkermes quæ familiaris eſt medicis mon-

Montiſpeſſulani.

Zinziber conditum,

Pyra condita,

Poma condita, & ſic de aliis.

Electuaria calida ad virtutem animalem.

Pliri ſſarcoticon.

Dianthos.

Diamuſcum dulce, & amarum.

Mithridatum, & Theriaca opiatæ ſunt.

Conſeruæ calidæ animalem virtutem reſpicientes.

Conſerua anthos,

Acori.

Roſarum, quæ temperata eſt.

Item opiatæ ferè omnes, vt Mithridatũ, Theriaca, & aurea Alexandrina.

Electuaria calida ad virtutem naturalem.

Diacalamenthum.

Diacuminum,

Diatrion pepereon.

Aromaticum roſatum maioris deſcriptionis Gabrielis.

Diarrhodon abbatis, quod temperatum eſt, & in

vtraque

vtraque causa oportunum.

Diairis Salomonis, siue simplex.

Dialacca & diacurcuma, quæ valent ad oppillationes iecoris, & ad hydropem.

Conseruæ calidæ, quæ facultatem naturalem potissimum respiciunt.

Conserua eryngiorum.

Conserua satyrij.

Zinziber conditum.

Cortex citri conditus.

Carnes cydoniorum conditæ.

Pyra condita, & similia.

Electuaria frigida.

Triasandali.

Diatragacanthum frigidum.

Diarrhodon abbatis.

Diamargariton frigidum.

Conseruæ frigidæ.

Conserua violarum,

Cichoreæ

Nymphéæ.

Conditum ad calidam intemperiem totius venosi generis.

R. pulueris elec. triũ sandalorũ ʒ.ij. pulueris

diamargaritō frigidi,& diarrhodon abbatis an. ℈.ij.conſeruæ cichorij, & violarum ann.ʒ.j.ß. ſacchari albi diſſoluti in aqua endiuię', vel ci-choreæ vel roſarum, quantum ſufficit. fiat conditum per lozengas ponderis ʒ.ij.vel ʒ.iij.

Aliud ad eandem intemperiem.

R.conſeruę cichoreæ, violarum nympheæ, bugloſſę an.ʒ.ij.ß.conſeruæ roſarum ʒ.j.ß.pulueris triaſantali, & diamargaritō frigidi an. ℈. iiij. foliorum auri per lectulos poſitorum 8. nu. ſacchari albi quantum ſufficit. fiat conditū. Doſis cochlear vnum argenteum.

Nonnulli in his conditis, vbi ſuſpitio eſt venenoſitatis cuiuſdam, vt in peſtilentibus febribus, vel in deliquioſis,ſeu ſyncophantibus ad-dunt de ſemine citri, ſemine cardui benedicti, de radice dictami, & tormentillę, & pro diuitibus de raſura cornu vnicornis, quamuis apud authores mentio nulla de ea ſit, ſed ſolum opinione vulgi vincit, vt exempli gratia, in prædicto condito ſubtracta aliquota portione electuariorum prædictorū, vtputa ſubtripla parte aut ſubquadrupla,ſic ſcribi poteſt. Seminis cardui benedicti,ſeminis citri, radicis dictami, & tormentillæ an.℈.j.vel ʒ.ß. ex his duæ, aut tres ſolum addi debent.

Prętereა electuariis & conditis trochiſci ad-

duntur

duntur, vt exempli gratia, pro fluore sistẽdo trochiscos diacoralli, diarrhodon, de terra sigillata, de bolo armenio, de carabe. Et pro cordis seruãda temperie, trochisci de camphora. De quibus quantitas ponitur æqualis quantitati pulueris electuariorum quando saccharum non admittunt.

De Pasta Regia, siue Mazapane. 15.

PAsta Regia confectio est apud neotericos sub hoc nomine vsurpata quæ potissimum ordinatur ad morbos pectoris, vel ad macilentiæ causas profligandas. Cuius sequitur formula ad ambas causas, scilicet morbos pectoris pulmonisque, & macilentiam.

R. amygdalarum dulcium decorticatarũ ℥. iij. pinearum recentium mundatarum, & temperatarũ per horas decem in aqua scabiosa, vel enulæ campanæ, vel aliqua huic proposito apta, vnc. ß. pistaciorum recentium mundatorum, & temperatorum per vnum diem in aliqua aquarum prædictarum vnc. j. amyli diagacanthi, gũmi arabici an. ℥. ß. pulpæ dactilorum, sebesten, passularum de damasco, vnius aut pluriũ ex istis vnciæ vnius quantitatem, sacchari albi dissoluti in aqua fontis, vel rosarum, vel enulæ, quantum sufficit: fiat pasta Regia, quæ in formam placentulæ, aut per bolos incidatur. Ponuntur etiam

aliquando ſemina frigida maiora decorticata.

De Lohot ſiue Eclegmate.

LOhot medicamentũ eſt ad morbos pulmonis & pectoris, puta ad diſpnæas, apnæas, anhelationes, ſuſpirationes, tuſſes ſiue per defluxionẽ alicuius ſubſtantiæ humidæ, ut ſunt catarrhi, prout ſępius accidunt, ſeu per congeſtionem ſuboriantur.

Lohot ad pituitam impactam lentam, & craſſam.

R. elect. diairis ſalomonis, & diairis ſimplicis an. ℥. vj. lohot de pino vnc. j. cõſeruæ enulæ campanę, vnc. ß. oxymelitis ſcillitici quantum ſufficit: fiat lohot quo vtatur æger cum baculo liquiritię paulatim deglutiendo, ſiue lãbẽdo.

Si verò opus ſit maiore deterſione quàm inciſione, detergentium quantitatem augebis, & pro oxymelite ſcillitico ſyrupum de liquiritia aut iuiubis, aut de praſſio, aut de hyſſopo ponas. Syrupum enim de hyſſopo putant nonnulli abſterſiuum eſſe, ſolùm ob dictũ Auicennę, quod à veritate eſt alienum, vt Meſue declarat.

Lohot compoſitum, lohot de pino, lohot de caulibus ſanum & expertum, lohot de ſcilla per ſe commodè adminiſtratur, vbi tamen febris adeſt, vt in pleuritide, ad expectorationem cauſę materialis, quæ in fluxu eſt, partim verò iam

de-

desluxę, lohot in hanc formam construimus.

Lohot in principio Pleuritidis, vbi materia fluit.

R. elect. diatragacanthi frigidi ℥.x. penidiarum recentium, pilularum albarum an. ℥.iij. syrupi violati, aut de iuiubis, aut amborum quantum sufficit: fiat lohot quo vtatur cum baculo liquiritię paulatim deglutiendo. Si uerò materia partim fluxa est, partim fluens, vtrique consulens facies lohot in hunc modum.

R. elect. diairis simplicis vnc. j. diatragacanthi frigidi ℥. vj penidiarum recẽtium, vnc. iij. syrupi de iuiubis vel hyssopo, prout magis putaueris intendere materię iam fluxę vel fluenti, fiat lohot.

Fit etiam lohot ad defluxiones calidas & acutas siue erodentes, tussim excitantes, ut caliditas & erosio humoris obtundantur: tenuitas uerò & subtilitas ipsius incrassetur, & partes subiectæ ad quas fit fluxio, tutæ à nocumento reddantur, vt exempli gratia.

R. elect. diatragacanthi frigidi, ℥ j. boli armeniæ lotæ in aqua rosarum drach. 2. trochiscorum de terra sigillata ℈. ij. syrupi de papauere quantum sufficit: fiat lohot. Loco diatragacanthi potest poni diapapauer, vel æqualiter de vtroque, item trochisci de carabe, in quibus ingreditur aliquid opij, addi possunt,

modò nulla adſit circunſtantia ex qua opiũ ſuſpectum eſſet.

Dantur iſta lohot ad phthiſim hora ſomni, elect. diapapaueris, lohot de papauere, pilulę ad omnes morbos catarrhi Meſue ad hos vſus, horis iiſdem & ad eandem intentionem admiſceantur.

De Balneo, & ſemicupio. 17.

BAlnei vſus qui apud antiquos frequentiſſimus erat, nũc rarus eſt, nec eo, niſi in quibuſdã morbis vtimur, vt in arthritide vniuerſali, in paralyſi, in febribus hecticis. Sed ad arthritidẽ quidem, & ad paralyſim balnea naturalia magis conueniunt, in quorum tamen penuria, parare poſſumus artificialia, incoquendo in aqua herbas, radices, ſemina, flores, & metallica etiam nonnulla, ſicut morbus pręſens exigere videbitur. Semicupium verò, quod Latini inſeſſum vocant, eſt balneum particulare, quod acommodatur nephriticis, colicis, iliacis doloribus, modò ex apoſtemate non oriãtur. Prodeſt & ad morbos vteri: nam ad prouocandos mẽſes intemperaturasq; vteri corrigendas conueniẽs eſt præſidium.

Formula Semicupij pro dolore nephritico, ubi emollitionem & dilationem meatuum, & doloris ſedationem quærimus.

R. radicum altheæ vnc. iiij. foliorum maluę, biſmaluæ, parietariæ, florum camomillæ, meliloti, ſummitatum anethi an. m. ij. origani, calamenthi, betonicę, abrotoni an m. j. ſeminis lini, feniculi an. vnc. ij. furfuris macri p. iiij. Repone omnia in ſacculo, & fiat coctio in ſufficienti quantitate aquæ, pro ſemicupio.

Nota quòd nephriticus etiã ſine clyſtere prius iniecto balneum ingredi poteſt.

Aliud Semicupium.

Si colicus dolor vel nephriticus videatur eſſe à vẽtoſitate plurima, vel ab humore frigido, qui calefactione, & attenuatione, ſiue inciſione egere videatur, ſic fiet ſemicupium.

R. origani, calamenthi, ſummitatum anethi, camomillæ an. m. iiij. fœnigræci, carui, aniſi, fęniculi an. vnc. ii. baccarum lauri vnc. ß. quòd ſi implexi fuerint affectus, vel cauſſę affectuũ plures, adiicere poteris de medicamentis propoſito tuo idoneis, vt ſi mollitione ſit opus, de foliis maluæ, biſmaluæ, parietariæ, violariæ.

Si incisio aliqua necessaria iudicetur, aut apertio meatuũ, adde radicis asparagi, brusci, apij, quæ omnia inclusa sacculo coquuntur ad semicupiũ. Similiter ad muliebria prouocanda fiunt insessus seu semicupia impositis medicamentis ad menses prouocandos idoneis, vt artemisia, sabina, marrubium, nepita, cyperus, grana iuniperi, que omnia ad m. ij. poni possunt.

De Epithemate, siue fotu. 18.

EPithema fit ad multas intentiones, & primo ad iecoris intemperiem calidam corrigendam, cuius forma sit hęc.

R. aquarum endiuiæ, cichoreæ, rosarum, solatri an. vnc. iij. aceti vnc. j. pulueris elect. triasandali ʒ. ij. siue drac. j. ß. misce pro epithemate iecoris cum filtro, vel petia linea, vel pãno, vel spongia infusa in prædicto liquore, & admota iecori ante pastum per horam, vel sesquihorã.

Ft etiam ad eandem intẽtionem ex decoctis herbarum consimilium aquis prædictis.

Si verò adsunt obstructiones iecoris cũ intemperie eius calida, hoc modo fit epithema.

R. cichoreæ cum toto, id est radice & herba endiuiæ nouellæ, agrimoniæ, quod eupatoriũ est, an. m. j. florũ cichoreę p. j. quatuor seminũ frigidorum maiorum, & minorum an. vn. ß. cyperi ʒ. ij. lupinorum ʒ. iij. omnium sandalorũ

an. ʒ.j. ſquinanthe ʒ. ß. ſummitatũ abſynthij m. ß. fiat ſacculus, & decoquatur in quatuor partibus aquæ, & vna vini cũ tantillo aceti vnico feruore in vaſe terreo operto, & fiat fomentũ more prædicto.

Valet multũ tale epithema in morbis ab oppilatione pendẽtibus, & accidẽtia ab oppilatione pendẽtia, vt eſt fluor, qui dicitur hepaticus, qui vt plurimũ periodicus eſt. Itẽ ad cachexias, quas iecoris itẽperies cũ obſtructionibus parit. Item ad initia ſcirrhorum, cui etiam ſi ſcirrhus ſe prodiderit, relaxantia cum emollientibus addi poſſunt.

Fiunt ẽt epithemata pro vẽtriculo ad plures intentiones. Primũ ad illius robur, ne recipiat ſuperfluitates aliũde miſſas, & tunc cum ſtipticis fiunt. Secundò ad eius intemperiem corrigendam. Tertiò ad dolores eius ſedandos, quæ tunc fiunt pro natura, & conditione cauſarum dolorificarum, debita cõſeruata contrarietatis lege, prout cauſa quæque flagitat.

Forma primæ intentionis, vt ventriculus à defluxu vindicetur, & tutus euadat, & ne inflã mationem vel abſceſſum patiatur.

R. roſarum rubrarum p. ij arnogloſſæ, plantaginis, an. m. ß. ſummitatum abſynthij m j. tertiam partem, omnium ſandalorum an. ʒ. ij. coralli rubri ʒ. iij. Reponantur omnia in ſacculo, & fiat decoctio in ſufficienti quãtitate aquæ cũ

pauxillo aceti, cui etiam aliquid vini ſubrubri addi poteſt,& fiat fomentum. Corallum quamuis achymum ſit, attamen non ab re ponitur in decocto, cũ tota ſua proprietate ad omnes morbos ventriculi conducat. ergo potius pulueriza ri debebit.

Epithemata ad alias intentiones ex propriis medicinis deſcribi poſſunt, ſecundum formam propoſiti epithematis.

Ventriculo etiam ex oleo fiunt epithemata, vt oleo roſarũ, camomillę, abſynthij, maſtiches, myrti.

Notãdum quòd in omnibus epithematis ad quamcunque intentionem dirigantur, aliqua immiſcenda ſunt, quæ eſſentiam, & robur mẽbri, cui admouentur, conſeruent: quemadmodum in medicamentis intro ſumptis obſeruandum vbique iubet Galenus.

Sunt autem epithema, & fotus idem. Aliqui tamen diſtingunt, dicentes epithema dici tantũ eum fotum: qui cõſtat ex aquis diſtillatis, & pulueribus ſimul mixtis: fotum autem dici generalius omnem qui ex decocto quarũcunque herbarum, & radicum fit.

De Sacculo. 19

SAcculi iiſdẽ de cauſis adhibentur ob quas & fotus fiunt. Continent autem herbas, flores, ſemina, alia quædam. Admouentur

autem

autem vel ſicci, vel aliquo humore madefacti. Sicci ſeminibus, & herbis potiſſimum conſtāt, Madidi prius comprimendi ſunt, quàm loco admoueantur.

Sacculus ſiccus ad colicam ventoſam vel tympanitem.

R. milij vſtulati p. iiij. orobi, furfuris macri an. p. ij. florum camomillę, ſummitatum anethi an. p. j. cumini, carui an. vnc. ij. baccarum lauri ʒ. iij. fiāt duo ſacculi interbaſtati, ſiue inſuti inter duas telas cum baſtituris magnitudinis cō-petentis vt totum ventrem comprehēdere poſſint, qui viciſſim, & alternatim calidi ventri adhibeantur.

Sacculus humidus ad humoris crudi coctionem, mollitionem, diſcuſſionem.

R. florum camomillæ p. ij. ſummitatum anethi, meliloti, origani an. p. j. fœnigræci, ſeminis lini an. vnc. j. foliorum maluæ, biſmaluę, violariæ an. m. ß. fiat ſacculus, vel fiāt ſacculi duo, qui coquantur in aqua, vel lacte vaccino, & ex decocto fiat fomentū cum ſpongia vel filtro, vel pannis, vel ſacculi duo alternatim locis dolentibus apponantur.

Secundum hanc formam ad ſchirros, & du-

rities

rities ſacculi applicantur ex partim mollientibus, & partim diſcutientibus, auctis viribus vel emollientium vel diſcutientium, prout cauſa duritiem faciens indicabit.

De Scuto. 20.

SCuta pro ſtomacho dantur, propter eaſdē cauſas ob quas vnguēta, & epithemata fiūt. Sæpius tamen ad aliquam ventriculi intēperiem corrigendam, & ad robur illi addēdum ex pulueribus ſiccorum medicamentorū conficiuntur. Porrò vices ſupplent vnguētorum vel emplaſtrorum quando propter eorum tædium patientes ea aſpernantur.

Scutum contra intemperiem ventriculi frigidam cū aliqua ſubſtantia, & ventoſitatibus.

R. menthæ, ſampſuci, abſynthij, ſiccorum an. p. j. vel ℥. j. ß. garyophillorum, galangæ, xiloaloes an. ℈. ij. cumini, coralli rubri an. ʒ. j. fiat puluis, ex quo fiat ſcutū cum pauca bōbace interbaſtatum inter duas ſyndones, cum baſtituris, & ligis vt decet. Appendatur ſtomacho euerſum.

Pulueres non debent excedere ſeſquiūciam ad ſummum, ſępè ſufficit vnc. j. vel ʒ. vj.

De Cataplaſmate. 21.

CAtaplaſmata fiũt ex herbis, radicibus, ſeminibus, farinis, coctis aqua vel lacte, mox additis axũgiis, vel oleis prout res ef flagitat. Fiunt aũt cataplaſmata ad varias intentiones. Quãdoque ad doloris ſedationẽ, quãdoque ad reſolutionẽ, quandoq; ad maturationẽ, quandoque ad remollitionẽ duriciei, quãdoque ad conſumptionem, & exſiccationem humorũ vel vaporum.

In promiſcuis aũt affectibus, etiã promiſcuæ intentiones in cataplaſmate commiſcentur, vt remolientia cum diſcutientibus, & diſcutientia cum ſedantibus dolorem, prout exempla ſequentia demonſtrabunt.

Cataplaſma in œdemate in quo neceſſaria eſt remollitio cum diſcuſſione, ſeu vt dicunt, reſolutione, & doloris ſedatione.

R. foliorum maluæ, biſmaluæ, violariç an. m.j. vel m.ſ. radicis altheæ, radicis liliorũ alborũ, radicis ireos an. ℥.ſ. vel ℥.j. florũ camomillę, meliloti, & ſummitatũ anethi an. p.j. ſeminis lini fęnigræci: vel potes dicere, farinæ feminis lini, farinæ ſeminis fœnigręci, farinę hordei an. ℥. ſ. vel ℥. j. vel ẽt menſurari poteſt per pugillum, cumini ʒ.j. baccarum lauri ʒ.ij. croci ℈.j.

vel ʒ.ß.axungiæ anatis, anſeris, medullæ crurũ vitulorum, butyri recentis, olei liliorum, olei irini an. quantum ſufficit. fiat cataplaſma. In hoc cataplaſmate tres intentiones comprehenduntur, remollitio, diſcuſſio, & doloris ſedatio, vt ex materialibus ipſum componentibus cognoſci poteſt.

Quantitas remollientiũ maior eſſe debet, ſi magis remollitionis neceſſitas nobis inſinuata fuerit: & diſcutientium maior quantitas, ſi diſcuſſio maior facienda eſt. Similiter, & de doloris ſedatione.

Ergo in principio ędematis, vt in principio cuiuſcunque abſceſſus, aliquid repercuſſiuum quo particula confortetur, cum emollientibus miſcendum eſt. In augmenti principio, plus remollientium, minus diſcutientium. In fine augmenti, & ſtatu morbi, æqualiter de vtriſque. In declinatione verò, quaſi pure diſcutientia, & reſoluentia ponenda ſunt. In præſenti forma cataplaſmatis nil ſtipticum admotum eſt, quæ tamen apponenda erunt ſtiptica, in principio fluxionis admouere oportebit.

Quæ autem medicinæ ſunt quæ ſtipticitate polleant, & membri confortationem efficiant, quæ item molliant, & diſcutiant, ſunt ex tabulis authorũ quęrendæ, vt Arnaldi, & Sauonarolæ.

Fiunt etiam cataplaſmata ſine oleis, & axungijs, vt eſt cataplaſma illud vulgatiſſimũ ex mica panis

ca panis remollita in lacte bubulo, & parum incocta, cui vitelli ouorum nonnunquam miſcentur cum pauxillo croci, vt granis decem vel duodecim, & eſt cataplaſma quo ſæpè vtimur in doloribus podagricis.

De Emplaſtro. 22.

EMplaſtra inſtituuntur ad varias intentiones. Eorum autem communis eſt forma tam medicis, quàm chirurgis.

Fiunt ex gummis, oleis, axungiis, & medicinis ſiccis permixtis cum aliqua portione ceræ ſufficienti, vel etiam ſine cera, ſi modò materialia poſſunt per ſe inſpiſſari, & coaleſcere.

Applicantur autem emplaſtra omnibus partibus, ſed maximè ventriculo ob eaſdem cauſas, ob quas vnguenta, cataplaſmata, & ſcuta ordinantur.

Emplaſtrum pro ſtomacho laborante intemperie frigida ob fluxionem frigidæ ſubſtantiæ.

R. cerati ſtomachi confortatiui Galeni vnc. ij. galangę, garyophillorum, xyloaloes, coralli rubri ann. ℥. ß. Ceræ diſſolutę pilo in oleo maſtiches, vel abſynthij quãtum ſufficit ſimul malaxando. Fiat magdaleo ex quo fiat emplaſtrũ extenſum ſupra alutam ad formam ſcuti duplicata ſyn-

ta ſyndone, cum baſtituris & ligis vt decet.

Poteſt etiam fieri ex ſimplicibus emplaſtrũ ad prædictas intentiones ad hunc modum.

℞. ladani depurati ʒ.vj. maſtiches ʒ. ij. thuris ʒ.j.coriandri præparati, coralli rubei, menthę ſiccę,galangę.an.℈.ij.xyloaloes,macis an.ʒ.ſ. terebinthinæ ʒ. ij. ceræ diſſolutæ cum oleo nardi vel abſynthij vel maſtiches, vel roſarum, vel ex duobus aut tribus ex iſtis quantum ſufficit. fiat maſſa quæ extendatur ſupra alutam, ad formam ſcuti duplicata ſyndone cum baſtituris & ligis, & fiat ſcutũ pro ſtomacho vt decet.

Mone apothecarium vt diſſoluat gummi cũ vino & oleo, deinde reliqua miſceat extra ignẽ.

Ceratum ſtomachi confortatiuum Galeni, fit ex roſis, abſynthio, maſtiche, ſpica narda, cera, oleo roſato.

In cauſis calidis & vomitibus bilioſis, ſimilis formæ fiunt ſcuta ex frigidis ſimplicibus, vt eſt myrtus, coriandrum, corallum, maſtiche quæ temperata eſt, pſidiæ, balauſtia item oleis, vt roſato, myrtino, cydoniorum, maſtiches.

Fiunt & pro iecore emplaſtra pro ſedanda qualibet eius intemperie, ſoluendis obſtructionibus, & corroboratione.

Emplaſtrum ad calidam intemperiem iecinoris.

℞. cerati ſandalini ℥ ij. carnis cydoniorum

℥ j. mastiches ℥ ß. coralli ʒ. j. ceræ dissolutæ cum oleo rosarum quantum sufficit: fiat massa, quæ extendatur supra alutam ad formam lunæ crescentis duplicata syndone cum ligis, vt decet. Applicetur hepati.

Funt & emplastra doloris sedatiua, & partim maturatiua apostematum, partim resolutiua, vt exempli causa.

R. mucilaginis seminis altheæ, fęnigræci, & seminis lini an. ℥ iij. farinæ hordei ℥ iiij. olei liliorum alborum, pinguedinis gallinæ an. ℥ ij. ß. butyri ℥ j. croci ℈. j. vitellos ouorum num. ij. Coquantur mucilagines lēto igne cum farina, ponendo vitellos ouorum in fine. Lenit enim & maturat omnia apostemata mista ex materia calida & frigida, & sedat eorum dolorem in qua cunque parte corporis fuerint.

Si vis facere ipsum appropriatum ad omnia apostemata frigida, tunc adde ammoniaci, bdellij, storacis liquidæ an. ℥ j. & erit efficacissimū.

De vnguento. 23.

VNguenta quantum ad medicum spectat, fiunt ad dolores sedandos, alterationem præstandam. Scirrhorum remollitionē & discussionem, præsertim in iecore, liene, & vē triculo. Aliarum etiam intētionum causa, & ad alia ab istis mēbra chirurgica ratione fiūt, quo-

rum formæ ex antidotarijs petendæ sunt.

Vnguentum ad dolorem ventriculi sedandum ex causa frigida cum præsentia alicuius substantiæ consimilis.

R. olei mastichini, nardini, absythij an. ℥. ſ. garyophillorum, xylo aloes, macis, calami aromatici ann. ℈. j. galliæ moschatæ ʒ. j. vel ʒ. j. ſ. si sit diues, quia cara est, ceræ nouæ quantum sufficit. fiat vnguentum pro stomacho & scutum cum bombace cum ligis vt decet, quod apponatur supra stomachum post vnctionem.

Vnguentum ad dolorem ventriculi sedandum à causa calida ortum, vt à fluxu bilis, qui sæpe accidit febribus.

R. olei rosati ℥ j. olei myrtillorum vel cydoniorum ℥ ſ. sandali albi & rubei an. ℈. ij. vel ʒ. ſ. ceræ nouæ lotæ in aqua enduiæ vel rosarum quantum sufficit: fiat vnguẽtum pro stomacho.

Item fiat scutum ex bombace quod apponatur stomacho post vnctionem,

In vnguentis non transcendimus ℥ j.

Notandum est, quòd aliqui lauant olea cum succo vel aqua distillationis herbarum frigidarum in causa calida, vel calidarum in frigida.

Aduertendum præterea nonnullos putare

nulla vnguenta vel cerata stomacho admouenda sine galanga, vt neque cordi sine mace, vel croco, vel cerebro sine spica arabica, vel iecori sine spodio, vel sandalo, vel absynthio, vel aliquo simili rectè putantes membri naturam semper seruandam esse adstringentibus, non tamen semper prænominatis medicamentis. Nam seruanda est in omnibus causis contrarietatis lex, quæ in medicamentis violaretur, si galanga forma præscripta adderetur, quia galãga calida est. Siquidem roboratur satis natura ventriculi ex stipticis compositionem prædicti vnguenti ingredientibus, quòd scilicet mediocriter temperata sint in caliditate, vt ex eorum natura patet.

Vnguentum ad scirrhos iecoris uel lienis, quibus hęc duo membra maximè sunt obnoxia.

R. radicis altheæ, radicis liliorum alborum an. ℥ j. foliorum maluæ, bismaluæ, violariæ. an. m. j. florum camomillæ, meliloti, summitatum anethi an. m. ſ. farinæ fœnigræci, farinę seminis lini an. ℥ j. gummi ammoniaci, vulgò serapini, ℥. j. bdellij mollis & subalbidi. ℥ ſ. terebinthinę ʒ. iij. gummi pini. ℥ ſ. storacis liquidæ ʒ. ij. vel iij. medullę crurum vituli vel cerui, si haberi potest, axungiæ anatis & gallinę, olei amygdalarũ dulcium, & irini an. ℥ j. ſ. vel an. quãtum sufficit. Dissolue gummi cum vino, & pauxillo

aceti, & prędictis oleis addatur cera noua quantum sufficit. Mox axungijs, dictis pulueribus, ſeu farinis, ſeu herbis prius coctis & piſtatis omnia miſceantur, & fiat vnguentum.

In præſcripta formula plura emolliũt, quàm diſcutiunt, quia materia ſcirrho id poſtulat primum.

Si accommodes prædictum vnguentum ſcirrho iecoris, aliquid de comis abſinthij, de roſis, de ſquinantho, vel de ſpica nardi addi poteſt ad membri naturam, & robur ſeruandum. Si lieni, aliquid tamaricis corticis radicis capparis aut ſimilium miſcere potes. Si verò ſcirrho ventriculi, abſinthium, roſæ rubræ, calamus aromaticus, mentha & galanga addi poſſunt.

De Linimento. 24.

Linimẽta ſunt vnguenta mollia & liquida, quę parùm aut nihil ceræ recipiunt, fiuntque ſimiliter ad eoſdem vſus, ad quos vnguenta.

Linimentum ad molliendum & ſedandum dolorem, vt in pleuritide.

R. olei camomillæ, axungiæ capi ann. ℥ ſ. butyri recentis ſine ſale ʒ.ij. modicum ceræ lotæ: fiat linimentum.

De frontali. 25.

FRontale, seu splenium fit ad dolores capitis anteriores sedandos, vel ad somnum conciliandum.

Ad capitis dolores sedandos ex intemperie calida, vt in febribus sæpe contingit: Item à caussis frigidis fit frontale, vt Galenò placet, ex rosis rubeis in aceto maceratis, positis interdum inter duas telas latitudinis trium digitorum, & longitudinis ab vna aure ad alteram: vel fit ad eandem intentionem in hunc modum.

R. rosarum rubrarum p.j.ſ.florũ nympheę, violarum ann.p.j.betonicæ, meliloti an p.ſ.ponantur omnia inter duas syndones, si patiens sit diues, vel inter duas telas si sit pauper, & fiat frõtale intersutum vt decet, pro fronte & temporibus. Si verò somnum conciliare volueris, adde dicto frontali folia lactucæ vel papaueris albi recentis, vel mandragoræ locis, & temporibus quibus haberi possunt, sed parùm ex istis frigidis. Omni autem tempore semina papaueris albi, vel cortex capitum papaueris albi, vel semen lactucę, vel semen iusquiami imponuntur, vt exempli gratia.

R. florum nympheæ, violarum, & meliloti ann.p.j. florum lactucæ vel papaueris albi anna m. vnius partem tertiam, vel alterius ipsorum manipul.ſ.seminis papaueris albi ʒ.ij. seminis

lactucæ, seminis anethi, seminis hyoscyami albi an.ʒ.ſ. Contundantur omnia & fiat frontale inter telas, vel syndones cum bastituris & ligis vt decet.

Prædicto frontali melilotum & semen anethi adduntur ad confortandum cerebrum, & vt à frigidis non lædatur.

In cephalalgijs a causa frigida fiunt frontalia ex herbis & floribus calidis, vt saluia, roremarino, camomilla, betonica, bryonia, meliloto & similibus.

Frontalia antequam fronti adhibeantur, aliquo liquore perfundi solent, vel vapore aliquo suffiri, vt exempli gratia.

R. aquarum rosarum, betonicæ, & melissæ, ann. ℥ j. aceti ℥ ſ. misce, ex prædictis aquis aliquota portio effundatur super tegulam ardentem vel aliquid simile. Euaporetur prædictum frontale ad vaporem prædictarum aquarum.

Illinuntur fronti multa ad easdem intentiones ad quas frontalia fiunt, vt in causa calida vnguentum populeum, rubea trochiscata dissoluta in aqua conueniente intentioni: quę tamen in raro est vsu apud Parisienses.

In causa autem frigida mithridatium vetus plerisque illinitur, & aurea Alexandrina, & similia.

In omnibus causis vtilissimè Galeno 12. therapeutices, oxyrhodinum illinitur, quod fit ex

oleo

oleo rosaceo & sexcupla parte aceti, vt exempli gratia.

R. olei rosati ℥ j. aceti ʒ. ij. misce agitando in phiala: vel sic in causis calidioribus, vbi ad pręcautionem ne phreniticus affectus oriatur, frigidiora admiscemus in hunc modum.

R. olei rosati ℥ j. olei nenupharis ℥ s. olei papaueris ʒ. iij. succi solatri vel lactucę vel papaueris albi, aquæ rosatæ, aceti ann. ℥ s. misce, agitando in phiala diutissimè. Liniatur pars anterior capitis, immò totum caput si cerebrum inflammationem senserit.

De Cucufa, & Semicucufa. 26.

CVcufa fit pro cephalalgijs, ideſt doloribus capitis, potissimum frigidis, & nonnunq̄ ad catarrhos sistendos: exempli gratia.

R. sampsuci, i. maioranę, rorismarini, utriusque stecados, arabicę & citrinę an. p. j. rosarum rubrarum p. j. s. corticis citri sicci, granorum al kermes ann. ʒ. iij. macis, piperis longi, cubebarum, garyophyllorum an. ʒ. s. fiat puluis ex quo cucufa fiat inter duas syndones cum pauca bōbace interbastata, uel cum tomento siue bourra uulgò, uel rasura squarlatę, seu panni coccinei, ad formam & mensuram datam.

Quòd si dolor decumbat plus in anteriorem

partē, plus puluerū siue specierum erit ponendum in ea parte. Similiter si in posteriori, & æqualiter in toto capite sit cephalgia.

Semiçucufa verò dicitur quando vni tantum parti prouidemus.

Si verò catarrhos sistere volumus, tunc stiptica miscemus, vel ex purè stipticis cucufam facimus, frigidis vel calidis prout causa postulat.

Ergo componimus cucufam cum milio vstulato vel non vstulato, mirtis, nucibus çupressi, sandaracha, vulgò vernice, çortice thuris, & similibus stipticis.

De Suffitu. 27.

SVffitus fiunt ex rebus siccis ad sistendas distillationes, quæ è cerebro decumbūt in partes subiectas: & fiunt ex medicamentis adstringentibus: vt,

R. rosarum rubrarum p. j. mastiches ʒ ß. vernicis, ʒ j. misce: fiat suffitus capitis. vel,

R. milij p. j. rosarum rubrarum p. ß. vernicis, olibani, ʒ ß. misce pro suffitu capitis.

Nota quòd vbi distillatio decumbit in pulmones, & sputa inde sequuntur, non est suffitus accipiendus per os, quoniam nimis constringit anhelitum & impedit expuitionem, incrassando humores. Sed debent tantùm suffiri tegumenta capitis, vel lana, quæ capiti superponatur.

De

De collyrio. 28.

COllyrium eſt medicamentum in forma liquida quod adhibetur ad ſanādos oculos. Quare cùm varia ſint oculorum mala, fiunt etiam collyria diuerſis modis. Alia enim ophthalmię principio conueniunt, alia in ſtatu, alia autem in declinatione, quemadmodum & in reliquarum particularum inflammationibus. In principio igitur debent fieri ex repercutientibus frigidis & ſtipticis, vt albumine oui, mucilaginibus ſeminis cydoniorum, & pſylij, & reliquis eiuſdem facultatis. vel ſolis, vel dilutis cum aquis conuenientibus, vt.

Collyrium in principio ophthalmiæ.

℞. albumen unius oui, agitetur cum aqua roſarum, uel plantaginis, vel melliſſæ, vel omnibus his, & fiat collyrium, quod inijciatur intra oculum dolentem. vel,

℞. mucilaginis ſeminis cydoniorum extractæ cum aqua plantaginis, vel roſarum vnc. j. miſceatur cum albumine oui multùm agitando cum ſpatula, & fiat collyrium. Quòd ſi dolor non eſt in oculo nec rubor, ſed ſordes tantùm quæ ſiccari debet; conuenient collyria ex tuthia præparata, & aloe lota, & lapide calaminari, & reliquis ſimilibus, quæ excipi debent cum

aliquo liquore conuenienti, nisi malis pulueres ipsos siccos imponere oculo. sic enim magis sordes extergent, & desiccant.

De nasali siue Ecchino. 29.

INijciuntur intra nares medicamenta ad multas intentiones, vt ad sistendum profluuium sanguinis è naribus, admouendas sternutationes, vt in prouocatione partus, vel eductione secundarum post partum retentarum, præterea ad expurgationem cerebri.

Id autem fieri potest per varias formas, vt per pulueres siccos, qui intra nares insufflantur, vel per liquida, quibus nares inunguntur, vel per solidiora corpora, quæ intra ipsas immittuntur.

Nasalia ad sistendum profluuium sanguinis per nares.

R. pilos qui sunt in ventre leporis, p. F. lanuginis salicis, p. F. boliarmeni, & sanguinis draconis puluerizatorum an. ʒ.j. Incidãtur pili minutissimè, & misce simul omnia, quæ insufflentur intra nares, vel dissoluantur ea omnia cũ aliqua aqua stiptica, vel cum succo alicuius herbæ, vel cum albumine oui, additis etiam si velis balaustiis, vel malicorio, vel acacia puluerizatis, & cũ panno lineo fiat nasalia, quę in prædictis medicamentis intincta, indantur intra nares.

Nasa-

Nasalia ad sternutationes excitandas.

EXcitantur sternutamenta ex siccis pulueribus inspiratis, qui acres sint & mordicantes, quales sunt piper, pyrethrũ, staphisagria, radix ireos puluerizata.

Eadem materialia possunt excipi aliquo liquore & inungi naribus, vel cum panno, aut serico contorto immitti intra vnam narem, vel intta ambas.

De apophlegmatismis. 30.

APophlegmatismi sunt medicamenta, quæ ex cerebro pituitam in os prouocant. Valent ad vacuandum cerebrum. In crebro vsu est mastix, quę diu detenta in ore & masticata pituitam elicit.

Item saluia, cuius folia in ore detenta, similiter pituitam euacuant per os. Item noduli ex pyretro, pipere, staphida agria, radice ireos, & panacis, contenti in orę. Præterea gargarismata ex iisdem medicamentis composita. Fiunt etiã ex iisdem rebus vnguẽta, quibus palatum illinitur. Illa enim calore suo & acrimonia pituitã attrahunt per colatorium palati.

Distillatum restauratiuum. 31.

FIunt distillata ad virium robur sustentãdũ, ægro iam debili existente, nec potente concoquere solidius alimentum. Sunt autem

mixti generis, ſcilicet partim alimēta, & partim medicamenta. Componuntur autem ad varias intentiones. Alia enim adſtringunt, vt in profluuiis alui: alia alterant, vt quę in febribus ad refrigerandum dātur, aut in morbis frigidis ad calefaciendum, alia verò venenis, & malignitati humorum reſiſtunt, vt in febribus peſtilentiali bus. Fiunt autem hoc modo.

Diſtillatum reſtaurativum adſtringens.

R. conſeruarum cichorij, roſarum, ſimphyti, cornelorum, & miuę cydoniorum an. ℥. ij. pulueris elect, diarrhodon abbatis, triaſantali an. ʒ. ij. trochiſcorum de carabe, de berberis, & de terra ſigillata an. ℥. ß. coralli rubri, lapidis hematidis an. ʒ j. aquæ decoctionis caponis vnius, vel duorum alteratorū cum plantagine, cētinodia, thapſo barbato, lactuca, ſemine berberis, ſumaac & omphacio, lib. 8. Repone omnia in alembico cum carnibus duorum pullorū, vel duarum perdicum, vel duarū turturum, vel vnius caponis, vel plurium ex his, & cum mica vnius panis albi, vel duorum panum madefactorū in aqua roſarum: fiat diſtillatio in balneao mariæ, lento igne.

R. p̄dictæ diſtillationis lib. ß. ſucci mali granati, vnc. j. vel vnc. j. ſ. ſacchari roſati, vnc. ij. cinamcmi,

namomi electi, ʒ. passentur per manicam Hippocratis, vtatur æger omni hora.

Distillatum restauratiuum refrigerans.

Quòd si uis facere distillatum quod vim habeat refrigerandi, seruata eadem compositionis ratione pro conseruis adstringentibus addes refrigerantes, vt conseruam nympheæ, violarum, rosarũ, cichorij, melissæ, & similiter electuaria frigida, vt diamargariton frigidum, & trochiscos de cãphora, & alterabitur decoctio carniũ cum lactuca, acetosa, portulaca, scariola atque similibus.


Distillatum restauratiuum ad febres malignas, & pestilentiales.

R. conseruarum violarũ, nenupharis, melissę, borraginis, & buglossę an ʒ. ij corticis citri conditi, vnc. j. radicis dictan. i, & tormentillæ, rad. angelicæ, rad. gentianæ an. vnc. ß. pulueris elect. diamargariton frigidi, omnium sandalorum, boli armeni, trochiscorum de camphora, ligni aloes an. vnc. ij. rasurę eboris, cornu cerui, macis, cinamomi, gariophilorum, seminis cardi benedicti an. ʒ. j. thęriaces veteris ʒ. iij. aquę decoctionis duorum pullorum, uel caponum alteratorum cum acetosa, scabiosa, lactu

ca, borragine, buglosso quart. ʒ. Repone omnia in alembicho uitreo cum carnibus quibusdam, & cum micis duabus panum alborum in uino albo infusis. Fiat distillatio lento igne, ut decet.

R. prędictæ distillationis lib. ſ. syrupi de acetositate citri ℥. ij. misce. Vtatur æger omni hora.

FINIS.



3:2
7:6:6
12:10:–:–
7:
2:11:
1:12
:6
1:16
1:17
3:10:
1:–7:–
72:–:6
3:10
43:10:6

60
20
2:10
4:
106:10
60